3.ª Cuando el verbo determinado lleva romance del imperfecto de subjuntivo acabado en *ra* ó *ria* refiriéndose á cosa pasada, se pone en la cuarta voz: v. g. Yo sé que ganarías, si hubieras apostado: *Scio te lucraturum fuisse, si sponsionem fecisses.*—Mas cuando el mismo romance se refiere á cosa que está por venir, se pone en la tercera voz: v. g. Piensas que yo padeciera ó padeceria tan grandes trabajos, si no hubiera de conseguir la gloria eterna? *An censes me passurum esse tantos labores, nisi consecuturus essem gloriam æternam?*

4.ª Cuando el verbo determinado lleva el tercer romance en *se* del imperfecto de subjuntivo con determinante que significa algun afecto del alma, como *alégrome, admírome, siento, pésame, huélgome, córrome,...* ó uno de estos, *no dudo, no creo, puede ser,* etc. (con tal que estos verbos estén en presente de indicativo), se pone en la segunda voz: v. g. Siento que nuestros Estoicos diesen á los Epicurios tanto motivo de burlarse de ellos: *Doleo*

tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse. Cic. Div. 2.

P. Cuántas cosas trae una primera de infinitivo no-concertada de activa?

R. Cuatro cosas: verbo determinante, acusativo de persona que hace tàcito ó expreso, verbo determinado en la voz activa, y acusativo de persona que padece: v. g. Sabemos que Cain mató á Abel: *Scimus Cainum occidisse Abelem.* Conviene amar á Dios: *Oportet diligere Deum.*

Ejemplos de autores clásicos.

Tres convenit res habere narrationem. Her. 1. 9.

Varius imperium se habere dicebat. Cic. Lig. 7.

Naturam ipsam definire difficile est. Id. Inv. 1.

Senatus officium est, consilio civitatem juvare. Her. 4. 35.

Græcas litteras M. Catonem in senectute didicisse (accepi). Cic. Acad. 2. 2.

Nunquam existimavi spem ullam esse habituros Milonis inimicos. Id. Mil. 2.

Caninius et Cato negarunt se legem ullam ante comitia esse laturos. Id. Fam. 1. 4.

Dixit, aliam sententiam se dicturum fuisse. Phil. 8.

An censes me tantos labores diurnos nocturnosque domi militiæque suscepturum fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus? Id. Sen. 23.

Nota. Cuando el verbo determinado está en tiempo compuesto, esto es, en tercera y cuarta voz de infinitivo de activa y de pasiva, y en la segunda voz de pasiva, se pone el participio concertando con el

acusativo antecedente en género, número y caso, segun se vé en los siguientes.

Ejemplos de autores clásicos.

Illum eum futurum esse puto, qui esse debet Cic. Att. 6. 4.

Non molestè fero me laboris mei, vos virtutis vestræ fructum esse laturos. Id. Ver. 4. 3.

Idem scribit meas litteras maximum apud te pondus habituras. Id. Fam. 3. 1.

Clodium meo consilio interfectum esse dixisti. Id. Phil. 2.

Injuriam ab hujus familia factam esse dixisti. Id. Cluen.

Quos spero brevi tempore societate victoriæ copulatos fore. Id. Fam. 11. 8.

Et me absentem, et meos præsentes à te cultos, et defensos esse memini. Id. ib. 12. 29.

Ab uno sumenda fuisse docuimus exempla, si semper aliunde sumerentur. Her. 4. 5.

P. Còmo se vuelve por pasiva una primera de infinitivo no-concertada de activa?

R. Se repite el verbo determinante y el acusativo de persona que padece, el verbo determinado se pone en pasiva, y el acusativo de persona que hace en ablativo con *à* ó *ab*: v. g. Sabemos que Cain mató á Abel: *Scimus Cainum occidisse Abelem.* Pasiva: Sabemos que Abel fué muerto por Cain: *Scimus Abelem occisum fuisse à Caino.*

Nota 1.ª Cuando la persona que hace de los dos verbos de la oracion de infinitivo es una misma, no hay necesidad de espresarla; en caso de espresarla sería uno de los acusativos *me, te, se, nos, vos,*

segun sea la persona: v. g. Deseo leer libros: *Cupio legere libros*, vel *Cupio me legere libros*. Pasiva: Deseo que los libros sean leidos por mí. *Cupio libros legi à me.*

2. º Cuando escrita ò hablada la oracion de infinitivo, se puede dudar cuál sea la persona que hace, y cuál la que padece, será mejor hacerla por pasiva: v. g. *Ajunt regem Pyrrhum Romanos vicisse*: en esta oracion, asi leida ú oída, puédese dudar, si Pirro venció á los Romanos, ó los Romanos á Pirro; y para quitar todo lugar á la duda, dígase por pasiva: *Ajunt Romanos victos fuisse à rege Pyrrho*, dicen que los Romanos fueron vencidos por el rey Pirro.

P. Cuántas cosas trae una segunda de infinitivo no-concertada de activa?

R. Tres cosas: verbo determinante, acusativo de persona que hace, y verbo determinado en la voz activa: v. g. Consta que los hombres han de trabajar: *Constat homines laboraturos esse*.—Todos queriamos vencer: *Omnes vincere volebamus*. Cic. Lig. 9.

Ejemplos de autores clàsicos.

Corpus mortale aliquo tempore interire necesse est. Cic. Inv. 2.

Vacare culpa magnum est solatium. Id. Fam. 7. 3.

Peccare certè licet nemini. Id. Par. 3. 1.

Tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum. Id. Fam. 4. 9.

Dulce et decorum est pro patria mori. Hor. Od. 3. 2.

Placiturum tibi esse librum meum suspicabar. Cic. Q. Fr. 2. 9.

Marium quidem sucessorem tardè video esse venturum. Id. Fam. 2. 17.

Simul et illud ostendi, si ipse unus cum illo uno contenderet, me ei satisfacturum fuisse. Id. Att. 1. 1.

Num censes his nuntiis Thalen aut Anaxagoram aut quemquam physicum crediturum fuisse. Id. Div. 2. 25.

P. Cómo se vuelve por pasiva una segunda de infinitivo no-concertada de activa?

R. Repetido el verbo determinante, el determinado se pone impersonalmente en infinitivo de la voz pasiva, y el acusativo de persona que hace en ablativo con *à* ó *ab*: v. g. Consta que los hombres han de trabajar: *Constat homines laboraturos ese.* Pasiva: Consta que se ha de trabajar por los hombres: *Constat laborandum esse ab hominibus.*

Nota 1.ª En las oraciones de infinitivo no-concertadas, asi en las de activa como en las de pasiva, se pone el verbo determinante en el tiempo, modo y voz de que habla; el cual verbo forma ò una oracion impersonal, ó una primera ó segunda de activa, de pasiva, de *sum, es, fui,* ú otra de infinitivo, como se vé en los siguientes

Ejemplos de autores clásicos.

Traditum est Homerum cæcum fuisse. Cic. Tusc. 5. 39.

Populi officium est, res optimas, et homines idoneos maximè suis sententiis deligere et probare. Her. 4. 35.

Vetus opinio Græciam opplevit, exsectum Cœlum à filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipsum à filio Jove. Cic. Nat. D. 2. 24.

Appius ait, fabrum esse suæ quemque fortunæ. Sal. Cæs. 1. 1.

Plura scribere fletu prohibeor. Cic. Att. 11. 9.

Dictum est ab eruditissimis viris, nisi sapientem, liberum esse neminem. Id. Par. 5. 1.

Ad hostes transire turpe videtur esse. Id. Inv. 2. 58.

Pœnus (Hannibal) non optimè græcè, sed tamen liberè respondisse fertur, multos se deliros senes sæpe vidisse; sed qui magis, quàm Phormio, deliraret, vidisse neminem. Id. Or. 2. 18.

Scio plerosque ita scripsisse, Themistoclem, Xerxe regnante, in Asiam transiisse. Nep. Them. 9.

Non existimo te putare id mihi suscipiendum fuisse. Cic. Q. Fr. 3. 4.

Neque illum (puerum) tristem, semperque demissum sperare possim erectæ circa studia mentis fore. Quintil. 1. 3.

2.ª Cuando el verbo determinado lleva romance impersonal, se pone en latin impersonalmente en el infinitivo de la voz activa, si es de verbo activo; ó en la voz pasiva, si es de verbo pasivo; esto es, sin acusativo ántes con quien concierte: y si la voz de infinitivo á que pertenece, es compuesta, se pone el participio en la terminacion neutra del acusativo: v. g. Dicen que asi sucediò: *Ajunt ita evenisse.* Parece que gritan: *Videtur clamari.* Parece que han de pelear: *Videtur pugnandum esse.*—Mas cuando lleva romance de oracion *semi-impersonal,* se pone en acusativo la persona que padece, concertando con el determinado en infinitivo de la voz pasiva: v. g. Consta que han puesto asechanzas: *Constat factas esse insidias.* Cic. Mil. 11.

3.ª El determinado de una oracion de infinitivo puede llevar dos verbos; y entonces el uno de ellos es determinante del otro, como se vé en los siguientes

Ejemplos de autores clásicos.

Uri posse flamma ligneam materiam necesse est. Cic. Inv. 2. 57.

Scio Tuberonem domi manere voluisse. Id. Lig. 7.

Ac mihi quidem jam pridem venit in mentem, bellum esse, aliquò exire. Id. Fam. 9. 2.

Putavi pro nostra necessitudine, me hoc ad te scribere oportere. Id. ib. 15. 3.

Translationem dicunt pudentem esse oportere. Her. 4. 34.

Cogitate, neminem absolvi posse, nisi qui dixerit causam. Curt. 7. 2.

§. 4.

ORACIONES DE INFINITIVO NO-CONCERTADAS DE PASIVA.

P. Cuántas cosas trae una primera de infinitivo no-concertada de pasiva?

R. Cuatro cosas: verbo determinante, acusativo de persona que padece, verbo determinado en pasiva, y ablativo de persona que hace con la preposicion *à* ó *ab*: v. g. Es cierto que el imperio Romano fué invadido por los bárbaros: *Certum est imperium Romanum invasum fuisse à barbaris.*

Ejemplos de autores clásicos.

Vinci improbos à bonis, fateor fuisse præclarum. Cic. Planc. 36.

Tibi persuadeas te à me fraternè amari. Id. Att. 1. 5.

Memini librum tibi afferri à Demetrio Magnete. Id. ib. 8. 1.

Pictores, et poetæ suum quisque opus à vulgo considerari vult. Id. Offic. 1. 41.

Trebonium meum à te amari, teque ab illo pergaudeo. Id. Q. Fr. 3. 1.

Ductum esse ab eo in provinciam aliquem dicis. Id. Planc. 12.

Agamemnonem esse à Clytæmnestra occisum confitentur. Her. 1. 10.

Ab eo (Deo) necesse est mundum regi. Cic. Nat. D. 2. 30.

Addit Pompejus, se prius occisum iri ab eo, quàm me violatum iri. Id. Att. 2. 20.

Iter Asiaticum tuum puto tibi suscipiendum fuisse. Id. ib. 4. 15.

P. Cómo se vuelve por activa una primera de infinitivo no-concertada de pasiva?

R. Repetido el verbo determinante, se pone en acusativo el ablativo de persona que hace, y el verbo determinado en activa, y se repite tambien el acusativo de persona que padece: v. g. Es cierto que el imperio Romano fuè invadido por los bárbaros: *Certum est imperium Romanum invasum fuisse à barbaris.* Activa: Es cierto que los bàrbaros invadieron el imperio Romano: *Certum est barbaros invasisse imperium Romanum.*

P. Cuántas cosas trae una segunda de infinitivo no-concertada de pasiva?

R. Tres cosas: verbo determinante, acusativo de persona que padece, y verbo determinado en pasiva: v. g. Dios quiere ser amado: *Deus vult amari*, vel *Deus vult se amari.*

Ejemplos de autores clásicos.

Sentit animus se moveri. Cic. Tusc. 1. 23.

Opifices post mortem nobilitari volunt. Id. ib. 1.

Æsculapii Epidauri barbam auream demi jussit (Dionysius). Id. Nat. D. 3. 34.

Versibus exponi tragicis res comica non vult. Hor. Pison. 89.

Opimium damnatum esse commemoras. Cic. Planc. 28.

Video non te absolutum esse improbitatis, sed illos damnatos esse cædis. Id. Ver. 3.

Præter vitia atque virtutes, negavit (Aristo) rem esse ullam aut fugiendam, aut expetendam. Id. Fin. 2. 25.

Cujus litteris omnia certiora perlatum iri ad senatum putabam. Id. Fam. 15. 3.

Vaticinatus est, madefactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine. Id. Div. 1.

§. 5.

ORACIONES DE INFINITIVO DE SUM, ES, FUI.

P. Cuántas cosas trae una primera de infinitivo concertada de *sum, es, fui?*

R Cuatro cosas: nominativo ántes: verbo determinante concertado, verbo determinado *sum, es fui,* y nominativo despues: v. g. Ninguno puede ser dichoso sin la virtud: *Beatus ese sine virtute nemo potest.* Cic. Nat. D. 1. 18.

Ejemplos de autores clásicos.

Bonus vir, et fortis, et sapiens, miser esse non potest. Cic. Par. 2.

Falsa invidia imbecilla esse debet. Id. Cluen. 2.

Omnia brevia tolerabilia esse debent, etiam si maxima sint. Id. Amic. 27.

Amicitia remissior esse debet, et liberior, et dulcior, et ad omnem comitatem, facilitatemque proclivior. Id. ib. 18

Solet esse gravis cantantibus umbra. Virg. Eccl. 10.

P. Cuántas cosas trae una segunda de infinitivo concertada de *sum, es, fui?*

R. Tres cosas: nominativo ántes, verbo determinante concertado, y verbo determinado *sum, es, fui:* v. g. Dios no dejará de existir: *Deus non desinet esse.*

Ejemplos de autores clásicos.

Nec sine virtute amicitia esse ullo pacto potest. Cic. Amic. 6.

Nihil oculti esse in intestina discordia potest. Liv. 40. 7.

Par honos in dispari merito esse non debet. Id. 32. 22.

Nihil mihi debuerat cum versibus amplius esse. Ovid. Trist. 5. 12.

Ac primùm quanta innocentia debent esse imperatores? Cic Manil. 13.

Quando philosophi esse cœperunt? Id. Hort.

Tandem aliquando Romæ esse cæpimus. Id. Fam. 11. 27.

Divitias sine divitum esse. Hor. 4. 14.

Solet esse in dubiis pro consilio temeritas. Sent. Pub. Syri.

P. Cuántas cosas trae una primera de infinitivo no-concertada de *sum, es, fui?*

R. Cuatro cosas: verbo determinante, acusativo ántes tácito ó expreso, verbo determinado *sum, es, fui,* y acusativo despues: v. g. Aristóteles dice que

todos los ingeniosos son melancólicos: *Asistoteles ait, omnes ingeniosos melancholicos esse*. Cic. Tusc. 1. 33.

Ejemplos de autores clásicos.

Homerum Colophonii civem esse dicunt suum. Cic. Arch. 9.

Ego frugalitatem, id est, modestiam et temperantiam, virtutem esse maximam judico. Id. Deoj. 9.

Habendum est, nullam in amicitiis pestem esse majorem, quàm adulationem, blanditiam, assentationem. Id. Amic. 25.

Commiserationem brevem esse oportet. Her. 2. 31.

Gaudeo tuam dissimilem fuisse fortunam. Cic. Fam. 1. 7.

Galbam, Africanum, Lælium, doctos fuisse traditum est. Id. Tusc. 1. 3.

Te buccinatorem fore existimationis meæ polliceris. id. Fam. 16. 21.

Tuam à me alienationem commendationem tibi ad cives impios fore putavisti. Id. Phil. 2. 7.

An qui in bello,.... certorum hominum minimè prudentium consilio uteretur, eum magis communem censemus in victoria futurum fuisse, quàm incertis in rebus fuisset? Id. Fam. 4. 9.

Quàm tutum iter duarum prope legionum agmini futurum censetis fuisse? Liv. 22. 60.

Nota. El infinitivo *esse* suele tener ordinariamente despues de sí un caso igual al que le precede, como se vé en los siguientes

Ejemplos de autores clásicos.

Cupio me esse clementem. Cic. Catil. 1. 2.

Nolo esse longior. Id. Nat. D. 1. 36.

Malitia vult videri se esse prudentiam. Id. Offic. 3.

Meditor esse affabilis. Ter. Adelph.

Licuit esse otioso Themistocli, licuit Epaminondæ. Cic. Tusc. 1. 15.

Illis timidis et ignavis licet esse; vobis necesse est fortibus viris esse. Liv. 21. 44.

Mediocribus esse poetis non dì, non homines, non concessere columnæ. Hor. Pison. 372.

P. Cuántas cosas trae una segunda de infinitivo no-concertada de *sum, es, fui?*

R. Tres cosas: verbo determinante, acusativo ántes tácito ó expreso, y verbo determinado *sum, es, fui:* v. g. Creo que Dios está en todas partes: *Credo Deum esse ubique.*

Ejemplos de autores clásicos.

Omnibus innatum est, et in animo quasi insculptum, esse Deos. Cic. Nat. D. 2. 5.

Alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi esse sedem et locum. Id. Tusc. 1. 9.

Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse, et hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cujusdam fuisse Cercopis. Id. Nat. D. 1. 38.

Comitia fore non arbitror. Id. Att. 4. 3.

An censemus, si Fabio, nobilissimo homini laudi datum esset, quòd pingeret, non multos etiam apud nos futuros Polycletos et Parrhasios fuisse? Id. Tusc. 1. 2.

Nota 1.ª Puédese callar con elegancia el *esse* y el *fuisse* de los tiempos compuestos de infinitivo; y en lugar de *esse* puede muchas veces ponerse *fore* con los participios en *rus,* y alguna vez tam-

bien con los participios en *tus* y en *dus*, como se vé en los siguientes

Ejemplos de autores clásicos.

Ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Ægyptio. Cic. Nat. D. 1. 29.

Spero me integritatis laudem consecutum Id. Fam. 2. 12.

Sperat adolescens diu se victurum. Id. Sen. 19.

Ego bellum fædissimum futurum puto. Id. Att. 8.

Lentulus sententiam Calidii pronuntiaturum se omnino negavit. Cæs. de B. C. 1. 2.

Pollicetur L. Piso censor sese iturum ad Cæsarem. Id. ib. 1. 3.

Deinde addis, te ad me fore venturum. Cic. Att. 5.

Nega me ei iratum fore, si ad mea comitia non venerit. Id. ib. 1. 1.

Sperare videor, Scipionis amicitiam et Lælii notam posteritati fore. Id. Sen.

Quasi divinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum studium tuum. Id. Fam. 3. 13.

2.ª Cuando el verbo determinante es de *prometer, jurar, esperar,* ú otro semejante, el romance de presente de infinitivo equivale al de futuro; y por eso se hace mas ordinariamente la oracion, poniendo el determinado en la tercera voz, concertado con un pronombre en acusativo, que se refiera á la persona que hace del determinante: v. g. Espero ver á Dios: *Spero me visurum esse Deum*; aunque tambien se puede decir: *Spero videre Deum.*

CAPITULO II.

§. 1.

DE LA RESOLUCION DE LAS ORACIONES DE INFINITIVO POR SUBJUNTIVO.

P. Qué oraciones se pueden resolver por subjuntivo?

R. Solamente las *no-concertadas*; y aun muchas de ellas quedan mejor en infinitivo que en subjuntivo, otras con mas elegancia en indicativo ó subjuntivo; de lo cual se hablará luego mas latamente. Adviértase aqui que, cuando el supuesto de ambos verbos es uno mismo, el verbo determinado comunmente vá mejor á infinitivo; y cuando es diverso, con mas elegancia á subjuntivo.

P. Por qué no se pueden resolver por subjuntivo las concertadas de infinitivo?

R. Porque no traen en castellano, ni expresa ni tácita la partícula *que,* para poderle dar en latin su correspondiente *quod, ut,* etc, que rija al determinado á subjuntivo.

P. Cómo se vuelve por indicativo ó subjuntivo una oracion de infinitivo?

R. Repetido el verbo determinante, se pone la partícula correspondiente, y lo restante de la oracion consta de las mismas cosas y sigue el mismo órden que una primera ó segunda de *sum, es, fui,* de activa, de pasiva, etc. v. g. El padre desea que sus hijos ámen la virtud: *Pater cupit filios suos amare virtutem.* Subjuntivo: *Pater cupit, ut filii sui ament virtutem.* Pasiva: *Pater cupit, ut virtus ametur à filiis suis.*

Nota 1.ª Al hacer por subjuntivo una oracion

de infinitivo, se pone el verbo determinado en el tiempo de que habla, ó á que equivale; advirtiendo que, el futuro imperfecto sale al presente de subjuntivo, y el futuro perfecto al pretérito perfecto.

2.ª Cuando el verbo determinado pertenece á la tercera ó cuarta voz de infinitivo, al hacerse la oracion por indicativo ó subjuntivo, entra en activa el participio de futuro en *rus,* y en pasiva el de futuro en *dus* con tiempo correspondiente de *sum, es, fui:* v. g. No dudo que Dios castigará, ó ha de castigar á los malos: *Non dubito Deum puniturum esse improbos.* Subjuntivo: *Non dubito, quin Deus puniturus sit improbos.* Pasiva: *Non dubito, quin improbi puniendi sint à Deo.*

P. Cuáles son las partículas con que se resuelven por subjuntivo la oraciones de infinitivo?

R. Las siguientes: *Quod, ut, ne, nenon, quin, an, num, utrùm, quominus.*

P. Hay alguna regla general para saber cuándo se ha de usar de *quod,* y cuándo de *ut?*

R. Sí, la hay: por regla casi general, los verbos determinantes de *entendimiento, lengua, afecto,* etc. se resuelven con la partícula *quod,* poniendo el determinado en el modo y tiempo de que habla; y los verbos de *voluntad* con la partícula *ut,* poniéndolo en subjuntivo, como luego se verá mas largamente.

P. Cuáles son los verbos que Ud. llama de *entendimiento* y *lengua?*

R. 1° Los verbos de *entendimiento,* son los que significan *entender* ó *conocer* de cualquier modo que sea, y sus contrarios; como *video, intelligo, cognosco, scio, animadverto, audio, sentio, cogito, puto, existimo, experior, fingo, ignoro, infero, judico, memini, memoria teneo, nescio, obliviscor, per-*

cipio, recordor, fido, confido, spero, opinor, suspicor, credo, arbitror, indico, censeo, videor, constat, patet, pro comperto habeo, certum est, manifestum est, etc. v. g. Veo que vosotros estudiais: *Video vos studere.* Indicativo: *Video quod vos studetis.* 2º Los verbos de *lengua* son: *decir, cantar, referir,* etc. *aio, dico, nuntio, renuntio, refero, narro, affirmo, assero, fateor, confirmo, confiteor, contendo, convinco, declaro, demonstro, moneo, ostendo, perhibeo, persuadeo, polliceor, nego, juro, promitto, prodo, scribo, spondeo, trado, voveo, fama est,* etc. v. g. Dijiste que despreciarías al mundo: *Dixisti te contempturum esse mundum.* Subjuntivo: *Dixisti, quod tu contempturus esses mundum.* Pasiva: *Dixisti, quod mundus contemnendus esset à te.*

Ejemplos de autores clásicos.

Omnes esse vim et naturam divinam arbitrantur. Cic. Tusc. 1. 13.

Zeno naturalem legem divinam esse censet. Id. Nat. D. 1. 14.

Patere tua consilia non sentis? Id. Catil. 1. 1.

Apparet, quòd aliud à terra sumpsimus, aliud ab humore. Id. Nat. D. 2. 7.

Video te altè spectare, et velle in cælum migrare. Id. Tusc. 1. 34.

Certò scio vos non petere sanguinem. Id. Lig. 5.

Omnino spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore. Id. Q. Fr. 3. 1.

Credo, quòd magis ego dubitarem, quid illorum causa facerem, quàm tu, quid mea. Id. Fam. 13. 27.

An Cn. Pompejum censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria, lætaturum fuisse, si scisset se in solitudine Ægyptiorum trucidatum iri, amisso exercitu; post mor-

tem verò ea consecutura, quæ sine lacrymis non possumus dicere? Id. Div. 2. 9.

Omnem crede diem tibi diluxisse supremam. Hor. Ep. 1. 4.

Dicturum te esse audio, (te) quæstorem illius fuisse. Id. Phil. 5. 6.

Confitetur huc ea spe (se) venisse. Id. Rosc. 22.

Agrariæ legi intercessorem (se) fore professus est. Id. Syl. 23.

Rumor venit, datum iri gladiatores. Ter. Hec. prol.

Adviértase, que rarísima vez se encuentran en los autores de buena latinidad oraciones con la conjuncion *quod,* con determinantes de *entendidimiento* y de *lengua.*

NOTA. Las oraciones de infinitivo que llevan por determinante uno de estos verbos *credo, puto, opinor, fateor,* se hacen ordinariamente con mas elegancia poniendo el determinado sin partícula alguna en el modo y tiempo de que habla, y el determinante al fin de la oracion, ó despues de alguna palabra: v. g. Confieso que me has vencido: *Vicisti me, fateor.*

Ejemplos de autores clásicos.

Cipius, opinor, olim (dicebat): "Non omnibus dormio." Cic. Fam. 7. 24.

Malæ conditiones erant, fateor. Id. Att. 8. 3.

Diem mihi, credo, dixerat. Id. Mil. 14.

Nihil est enim, mihi crede, virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Id. Fam. 9. 14.

Infesta, mihi credite, signa ab Syracusis illata sunt huic urbi. Liv. 34. 4.

Munera, crede mihi, placant hominesque Deosque. Ovid. Art. 4.

Pelignus, puto, dixerat poeta. Mart. 2. 35.

P. Cómo se hacen las oraciones *interrogativas* que llevan el romance *quién* ó *quiénes piensas, crees, juzgas,* etc?

R. Hácense solamente por infinitivo, como oraciones *no-concertadas;* advirtiendo, 1° que el romance *quién* ó *quiénes,* que suelen traer estas oraciones, ordinariamente es persona que hace, y se espresa en activa con *qui, quæ, quod* en acusativo, y en pasiva en ablativo con la preposicion *à:* 2° que el nombre ó pronombre, que á veces traen despues de la partícula *sino* (en latin *nisi),* se pone en el mismo caso que *qui, quæ, quod:* v. g. Quiénes piensas despreciarán la virtud, sino los viciosos? *Quos existimas contempturos esse virtutem, nisi vitiosos?* Pasiva: Por quiénes piensas será despreciada la virtud, sino por los viciosos? *A quibus existimas virtutem contemnendam esse, nisi à vitiosis?*

Ejemplos de autores clásicos.

Quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris? Cic. Catil. 1. 1.

Quem tibi hoc daturum putas? Id. Nat. D. 1. 14.

Quem ardorem studii censetis fuisse in Archimede, qui, dum in pulvere quædam describit attentiùs, ne patriam quidem captam esse senserit? Id. Fin. 15. 19.

Ecquam putatis civitatem pacatam fuisse, quæ locuples sit? Id. Manil 23.

Ecquod judicium Romæ tam dissolutum fore putasti? Id. Ver. 5. 57.

P. Cuáles son los verbos que igualmente determinan á infinitivo, ó con *quod* al modo y tiempo de

que habla el determinado?

R. Los que denotan algun afecto del *ánimo*, como *gozo, tristeza, dolor, indignacion, admiracion,* etc. que en latin son *gaudeo, lætor, lætitia exulto, gratulor, glorior, mæreo, doleo, dolore afficior, mæstus sum, queror, pœnitet, piget, pudet, tædet, ægre fero, molestè fero, indignor, miror, admiror, demiror,* etc.; advirtiendo que, en lugar de *quod*, admiten á veces la partícula *si*, especialmente *miror, admiror, demiror:* v. g. Siento que hayas quebrantado las leyes divinas: ***Doleo te violavisse leges divinas.*** Pasiva: ***Doleo, quod leges divinæ violatæ fuerint à te.***

Ejemplos de autores clásicos.

Epiroticam emptionem gaudeo tibi placere. Cic. Att. 1. 5.

Quòd scribis te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. Id Q. Fr. 3

Gaudeo, quòd te interpellavi. Id. Leg. 3. 1.

Gaude, quòd spectant oculi te mille loquentem. Hor. Ep. 1 6.

Lætatus sum, quòd mihi liceret in eadem causa et mihi utilia, et cuivis bono recta defendere. Cic. Fam. 1. 9.

Ego te abfuisse tamdiu à nobis et dolui, quòd carui fructu jucundissimæ consuetudinis; et lætor, quòd absens omnia cum maxima dignitate es consecutus. Id. ib. 2. 1.

Fecisti mihi pergratum, quòd Serapionis librum ad me misisti. Id. Att. 2. 4.

Nos malo solatio, sed nonnullo tamen, consolamur, quòd ipsius vicem minimè dolemus. Id. ib. 4. 6.

Doleo non me tuis litteris certiorem fieri. Id. ib. 6. 3.

Et ego doleam, si ad decem millia annorum gentem aliquam urbe nostra potituram putem? Id. Tusc. 1. 37.

Si id dolemus, quòd eo jam frui nobis non licet, nostrum est id malum. Id. Brut. 1.

Me discessisse ab armis, numquam pœnituit. Id. Att. 11. 6.

Cajus Trebatius ad me scripsit, molestè te ferre, quòd me propter valetudinem tuam non vidisses. Id. Fam. 4. 1.

Te miror, Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorrescere. Id. Phil. 2. 1.

Miror, illa superbia et importunitate, si quemquam (amicum) habere potuit (Tarquinius). Id. Amic. 15.

Ego tamen miror, si emissio feminæ anguis mortem afferebat Tib. Graccho. Id. Div. 2. 29.

Mirabile videtur, quòd non rideat haruspex, cùm haruspicem viderit. Id. Nat. D. 1. 26.

Maximè admirabar Platonem, quòd mihi in oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur. Id. Or. 1. 6.

Admiratus sum, quòd ad me tua manu scripsisses. Id. Att. 1. 9.

Miramini, Quirites, quòd ab omnibus vestræ rationes deserantur? Her. 4. 36.

Et quid mirum est, si tam ab amico animo pacem petit? Curt. 4. 11.

Miraris, si liberi homines superbiam tuam ferre non possumus? Id. 8. 7.

Indignor, quòd sum tibi causa doloris. Ovid. Trist. 4. 3.

P. Con qué otros verbos se usa elegantemente de *quod?*

R. Con los verbos *addo, accedo, objicio, omitto,*

prœtereo, etc. y algunos de *acusar, alabar, vituperar, reprender*, etc.; principalmente cuando vienen con *hoc, illud, id, aliud*, y semejantes: v. g. Añado que te has olvidado de tu condicion: *Addo, quod oblitus es conditionis tuœ.*

Ejemplos de autores clásicos.

Accedit illud etiam, quòd in metu et periculo cùm creduntur (monstra) faciliùs, tum finguntur impuniùs. Cic. Div. 2. 27.

Accedit aliud non parvum incommodum, quòd gravis illa opinio.... amissa est. Id. Att. 3. 24.

Non tibi objicio, quòd hominem omni argento spoliasti. Id. Ver. 6. 17.

Omitto illa vetera, qnòd istum in rempublicam ille aluit, auxit, armavit. Id. Att. 8. 3.

Illa nimis antiqua prætereo, quòd C. Servilius Ahala Sp. Melium novis rebus studentem manu sua occidit. Id. Catil. 1. 1.

Camillo crimini objecit Sp. Carvilius Quæstor, quòd ærata ostia haberet in domo. Plin. 34. 3.

Nótese, que en algunos de estos determinantes que piden la paıtícula *quod*, se halla alguna vez sustituida en su lugar la partícula *ut*; mas esto no debe imıtarse. Asi dijo Corn. Nép.: *Si verum est, ut populus Romanus omnes gentes virtute superârit*; etc. Hanib. 1; y Ciceron: *Ad Appii Claudii senectutem accedebat etiam, ut cœcus esset.* Sen. 6.

§. 2.

VERBOS QUE DETERMINAN A SUBJUNTIVO CON UT ó CON NE.

P. Cuáles son los verbos que quieren al deter-

minado en subjuntivo con *ut* tácita ó espresa, ó con *ne* si lleva *que no*?

R. Los verbos llamados *de voluntad,* porque suelen indicar su determinacion, cuales son los incluidos en los versos siguientes:

« Con *ut* van los de desear,
« De conceder, permitir,
« De aprovechar, convenir,
« Ser justo y necesitar.
« Tambien van los de mandar
« (Ménos *jubeo),* y resolver;
« De procurar, pretender,
« Rogar, pedir, decretar,
« De aconsejar, conseguir,
« Hacer, obligar, mover,
« Los de avisar, y querer,
« Condescender, consentir."

v. g. Dios quiere que todos los hombres se salven: *Deus vult, ut omnes homines salvi fiant.*—El evangelio manda que los cristianos no ámen al mundo: *Evangelium præcipit, ne christiani diligant mundum.*

1.º Los verbos de *desear* y *querer,* son en latin. *volo, nolo, malo, cupio, opto, exopto, postulo, desidero,* etc.

2.º Los de *permitir, conceder, ser justo* ó *lícito,* son: *Concedo, patior, permitto, sino, placet, licet, libet,* etc.

3.º Los de *aprovechar, convenir, necesitar, mandar,* y *obligar* son: *Cogo, legem do, edico, impero, jubeo, præcipio, veto, mando, præscribo, sancio, par est, oportet, decet, expedit, convenit, æquum est, necesse est,* etc.; tambien *dico, nuntio,* y *scribo* en sentido de *mandar.*

4.º Los de *resolver, decretar: Consilium capio, constituo, decerno, in animum induco, statuo*, etc.

5.º Los de *procurar*: *Caveo, contendo, curo, facio, conor, nitor, prospicio, provideo, tento, video, operam do*, etc.

6.º Los de *pretender, rogar, pedir: Exigo, flagito, imploro, insisto, insto, intercedo, obsecro, obtestor, oro, peto, posco, postulo, precor, quæso, rogo, urgeo*, etc.

7.º Los de *aconsejar, avisar, conseguir, hacer, mover*, son: *Hortor, moneo, suadeo* con sus compuestos (en el sentido de *aconsejar), incito, impello, auctor sum; assequor, consequor, facio, efficio, evinco, impetro, obtineo, perficio*, etc.

8.º Los de *temer*, son: *Metuo, timeo, vereor, extimesco, paveo, periculum est*, etc.

9.ºLos impersonales *sucede, resta, síguese: Accidit, incidit, contingit, evenit, usuvenit, ocurrit, est* (principalmente en el imperativo, *esto ut), fit, factum est, fieri potest, consuetudo est, mos* ó *moris est, natura fert, consuetudo fert*, etc.; *Reliquum est, relinquitur, restat, superest*, etc.; *Futurum est, primum est, proximum est, postremum est, extremum est, prope est, conficitur, efficitur, requitur, tantum abest ut*, etc.

Ejemplos de autores clásicos.

Non committam posthac, ut me accusare de epistolarum negligentia possis. Cic. Att. 1. 6.

Te obsecro, ut principiis consentiant exitus. Id. Fam. 11. 5.

Ex rerum cognitione efflorescat, et redundet oportet oratio. Id. De Or. 1. 6.

Reliquum est, ne quid stultè, ne quid temerè dicam, aut faciam contra potentes. Id. Fam. 9. 16.

Metio imperat Tullus, uti juventutem in armis habeat. Liv. 1. 10.

Tua nos, C. Herenni, voluntas commovit, ut de ratione dicendi conscriberemus. Her. 1. 1.

Cùm præcipitur, ut nobismet ipsi imperemus, hoc præcipitur, ut ratio coerceat temeritatem. Cic. Tusc. 2. 21.

Pompejum et hortari, et orare, etiam liberiùs accusare, et monere, ut magnam infamiam fugiat, non desistimus. Id. Fam. 1. 1.

Tibi sum auctor, ut si quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. Id. ib. 1. 9.

Sequitur, ut doceam, omnia subjecta esse naturæ, eaque ab ea pulcherrimè regi. Id. Nat. D. 2. 32.

Nunc tempus postulat, ut ad elocutionis præcepta transeamus. Her. 4. 7.

Cura, et effice, ut ab omnibus et laudemur, et amemur. Cic. Att. 1. 12.

Curandum est, ut cogitatione ad res quàm optimas utamur; appetitum rationi obedientem præbeamus. Id. Offi. 1. 36.

Curandum est, ut eos quibuscum sermonem conferimus et vereri et diligere videamur. Id. ib. 1. 38.

Vos oro atque obsecro, Judices, ut attentè, bonaque cum venia verba mea audiatis. Id. Rosc. Am. 4.

Neque enim jam mihi licet, neque est integrum, ut meum laborem hominum periculis sublevandis non impertiam. Id. Mur. 4.

Ego tamen, non ut damnum quidem facias, suadeo, sed ut te ac regnum tuum salubri ratione conserves. Curt. 5. 9.

Unus Miltiades maximè nitebatur, ut primo quoque tempore castra fierent. Nep. Milt. 4.

Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur

(Themistocles). Id. Themist. 1.

Hoc non concedo, ut, quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in aliis reprehendatis. Cic. Lig. 7.

Restat, ut de imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus præficiendo, dicendum esse videatur. Id. Manil. 10.

Antonius petebat à me per litteras, ut sibi ignoscerem. Id. Att. 11. 7.

Ita fit, ut sapientia sanitas sit animi. Id. Tusc. 3. 5.

Ita fit, ut fortitudini ægritudo repugnet. Id. ib. 3. 6.

Totum in eo est, ut tibi imperes. Id. ib. 2. 22.

Deliberantibus Pythia respondit, ut mænibus ligneis se munirent. Nep. Themist. 2.

Te rogo, ne intermittas scribere ad me. Cic. Att. 11. 10.

Ad me, obsecro te, ut omnia certa perscribas. Id. ib. 3. 11.

Consentaneum est huic naturæ, ut sapiens velit gerere et administrare rempublicam. Id. Fin. 3. 20.

Nec sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatum. Id. ib. 2. 8.

Fieri potest, ut errem. Id. ib. 1. 7.

Efficiendum est, ut appetitus rationi obediant. Id. Offic. 1. 29.

Ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit, quàm adolescentia, et fortior. Id. Sen. 20.

Extremum illud est, ut te orem et obsecrem, animo ut maximo sis. Id. Fam. 4. 18.

Extremum illud est, ut quasi diffidens rogationi meæ philosophiam ad te allegem. Id. ib. 15. 4.

Patri persuasi, ut os alienum filii dissolveret. Id. Phil. 2. 18.

Statuitur, ne post M. Brutum proconsulem sit Creta provincia. Id. ib. 2. 30.

Proximum est, ut doceam, Deorum providentia

mundum administrari. Id. Nat. D. 2. 30.

Mors faciet certè, ne sim, cùm venerit, exul:
Ne non peccarim, mors quoque non faciet. Ovid. Pont. 1. 1.

Demus operam, Quirites, ne omnino Patres Conscripti circumscripti putentur. Her. 4. 2.

Id enim periculum est, ne Sacrum montem, sicut quondam iverat plebs, aut Aventinum capiant (Matronæ). Liv. 34. 7.

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos ut nunquam inducant animum cantare rogati; injussi nunquam desistant. Hor. Sat. 1 3.

Immortalia ne speres, monet annus. Id. Od. 4. 7.

Est, ut viro vir latiùs ordinet arbusta sulcis. Id. ib. 3. 1.

Idem (Artabazus) ægrè à Dario impetravit, ut cibum caperet animumque regis. Curt. 5. 9.

Ne Dii siverint, ut hoc decus mei capitis, aut demere mihi quisquam, aut condonare possit. Id. 14. 5.

Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret, ne quid respublica detrimenti caperet. Cic. Catil. 1. 2.

Senatus decreverat, ne priùs comitia haberentur, quàm lex data esset. Id. Att. 4. 16.

Ex quo efficitur, ut quidquid honestum sit, idem sit utile. Id. Offic. 2. 3.

Omnibus opibus, viribus, ut nosmet ipsi nobis mederi possimus, elaborandum est. Id. Tusc. 3. 3.

Scribis, ut oblectem studio lacrymabile tempus. Ovid. Trist. 5. 12.

Exigis, ut Priamus natorum funere ludat, et Niove festos ducat ut orba choros. Id. ib.

Bomilcar Jugurtham monet, atque lacrymis obtestatur, uti aliquando sibi liberisque provideat. Sall. Jug. 62.

Volo, uti mihi respondeas. Cic. Vatin. 7.

Reliquum est, ut de Q. Catuli auctoritate et sententia dicendum esse videatur. Id Manil. 20.

Ut homines mortales intereant, necesse est. Id. Inv. 2. 57.

Senectutem ut adipiscantur, omnes optant. Id. Sen. 2.

Non faciam, ut enumerem miserias omnes. Id. Att. 3. 7.

Ego vos pro mea summa et vobis cognita in rempublicam diligentia moneo, pro auctoritate consulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, ut paci consulatis. Id. Mur. 40.

Postulatum est, ut Bibuli sententia divideretur. Id. Fam. 1. 2.

Fieri potest, ut rectè quis sentiat, et id, quod sentit, politè eloqui non possit. Id. Tusc. 1. 3.

Fortè evenit, ut in Pivernati essemus. Id. De Or. 2. 25.

Permitto, ut de tribus Antoniis eligas, quem velis. Id. Phil. 10.

Tu fac animo forti, magnoque sis. Id. Fam. 1. 5.

Tu fac in augenda gloria te ipsum vincas. Id. ib. 12. 7.

Peto me absentem diligas atque defendas. Fam. 15. 8.

Illud velim, sic habeas etc. Ibid. 3. 13.

Nota 1.ª Adviértase, que *jubeo* y *veto* determinan mas bien á infinitivo que á subjuntivo; y aun muchos de los demas verbos mencionados determinan á veces á infinitivo, sobre todo cuando el supuesto de ambos verbos es el mismo, como se echa de ver por los siguientes

Ejemplos de autores clásicos.

Apud majores nostros Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quòd, is contra imperium in hostem pugnaverat, necari jussit. Sall. Cat. 52.

Deum Deo natum, regem parentemque urbis Romanæ salvere universi Romulum jubent. Liv. 1. 6.

Respicere exemplar vitæ morumque jubebo doctum imitatorem. Hor. Pison. 317.

Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam. Id. Od. 1. 4.

Dignum laude virum musa vetat mori. Id. ib. 4. 8.

Vetat dominans ille in nobis Deus injussu hinc nos suo demigrare. Cic. Tusc. 1. 30.

Lex peregrinum vetat in murum ascendere. Id. De Or. 2. 24.

Forsan et hæc olim meminisse juvabit. Virg. Æn. 1. 203.

Bis conatus erat (Dædalus) casus effingere in auro. Id. ib. 6. 32.

Tib. Gracchus regnum occupare conatus est. Cic. Amic. 12.

Omnis natura vult esse conservatrix sui. Id. Fin. 4. 7.

Corpus mortale aliquo tempore interire necesse est. Id. 2. 57.

Cupio sequi Stoicos. Id. Acad. 2. 43.

Tuæ sapientiæ, magnitudinisque animi est, omnem amplitudinem, et dignitatem tuam in virtute, atque in rebus gestis tuis, atque in tua gravitate positam existimare. Id. Fam. 1. 5.

Sapientis est proprium, nihil, quod pœnitere possit, facere. Id. Tusc. 5. 28.

Ex quo efficitur, fortem virum ægritudine nunquam affici. Id. ib. 3. 6.

Erat ars difficilis rectè rempublicam regere. Id. Att. 7. 25.

Et monere, et moneri proprium est veræ amicitiæ. Id. Amic. 25.

Hic postulat se Romæ absolvi. Id. Ver. 3. 60.

Veltem non constituisse, in Tusculanum me hodie venturum esse. Id. Or. 1. 62.

Fortium virorum est, magis mortem contemnere, quàm odisse vitam. Curt. 5. 9.

Timor officio fungi vetat ipse quieto. Ovid. Trist. 5. 12.

Oderunt peccari boni virtutis amore. Hor. Ep. 1. 16.

Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ. Id. Pison. 333.

Et facere, et pati fortia, romanum est. Liv. 2. 12.

2.ª A veces en lugar de *ut* se pone *ne non,* porque en latin dos negaciones afirman: tambien por *ne* se pone *ut ne,* y alguna vez *ut non,* como se vé en los siguientes

Ejemplos de autores clásicos.

Timeo, ne non impetrem. Cic. Att. 9. 6.

Opera datur, ut judicia ne fiant. Id. Q. Fr. 3. 1.

Justitiæ primum munus est, ut ne cui quis noceat. Id. Offic. 1. 7.

Neque enim jam mihi licet, neque est integrum, ut meum laborem hominum periculis sublevandis non impertiam. Cic. Mur. 4.

3.ª Con los determinantes *volo, nolo, malo, cupio* y *oportet* el romance de presente de infinitivo, que lleva el determinado, se puede decir por el participio de pretérito concertado con la persona

que padece: v. g. Quiero avisaros: *Volo monere vos*, vel *Volo vos monitos*.—

Ejemplos de autores clásicos.

Saluti civis calamitosi consultum esse volumus. Cic. Lig. 5.

Ea te cura liberatum volo. Id. Q. Fr. 3. 1.

Illud te, Tulle, monitum velim. Lib. 1. 24.

Democritum laudatum à ceteris, ab hoc, qui eum unum secutus est, nollem vituperatum. Cic. Fin. 1. 6.

Patriam extinctum cupit. Id.

Totam rem Lucullo integram servatam oportuit. Id. Acad. 2. 4.

Hæc facta ab illo oportebant. Ter. Heaut. act. 3.

4. ☞ Los verbos de *exhortar* y *mover*, como son *hortor*, *adhortor*, *compello*, *impello*, *stimulo*, *excito*, *incendo*, *cogo*, etc., ademas de hacerse por infinitivo, ó por subjuntivo, con su correspondiente partícula, pueden variarse por gerundio de acusativo con *ad*: v. g. El predicador exhorta á los oyentes á amar á Dios: *Concionator hortatur auditores ad diligendum Deum*.

Ejemplos de autores clásicos.

Hortamur fari, quo sanguine cretus. Virg. Æn. 2. 74.

Ego vos hortari tantùm possum, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. Cic. Amic. 5.

Magnopere te hortor, mi Cicero, ut non solùm orationes meas, sed hos etiam de philosophia libros, qui jam illos fere æquarunt, studiosè legas. Id. Offic. 1. 1.

Id me non modó non hortatur ad disputandum, sed etiam deterret. Id. Or. 2. 6.

Non igitur impressio, non occasio, non vis, non tempus, non imperium, non secures ad injuriam faciendam Flacci animum impulerunt. Id. Flacc. 34.

Nullum denique scelus, nullum malum facinus esse (dicebat Architas Tarentimus), ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret. Id. Sen. 12.

Nec vides istorum ipsorum caritate ad hujus salutém defendendam maximè stimulari me atque excitari. Id. Planc. 28.

Eis (libris) nosmet ipsi ad veterum annalium memoriam comprehendendam impulsi, atque incensi sumus. Id. Brut. 5.

Ii, qui valent opibus, atque id facere possunt, ut de Hercule et Libero accepimus, ad servandum genus hominum natura incitantur. Id. Fin. 3. 20.

Neque id mirandum, si non facilè ad credendum inducebatur. Nep. Con. 3.

Hoc eo valebat, ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur. Id. Them. 4.

Plus hercle promovet ad exhortandam parsimoniam, sustinendamque inopiam, qùam, etc. Gell. 13. 23.

5.º Con los determinantes *curo, statuo, censeo, puto,* etc. se podrá variar el determinado poniendo el futuro en *dus* concertado can la persona que padece: v. g. Procura amar á tus enemigos: *Cura inimicos tuos diligendos.*

Ejemplos de autores clàsicos.

Persium non curo legere. Cic. Or. 2. 6.

Cura, ut valeas, et nos ames. Id. Att. 1. 5.

Quos libros ad te perferendos curabo. Id. Fam. 1. 9.

Inter labores militiæ, interque prælia, victorias, imperium, statui admonendum te de negotiis urbanis. Sall. Cæs. 2. 2.

Omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui. Cic. Phil. 1. 1.

Putavi ea de re te esse admonendum. Id. Fam. 4. 10.

Nunquam enim honestam mortem fugiendam, sæpe etiam appetendam putavi. Id. ib. 11. 28

Ego ea, quæ ferri possunt, ferenda; quæ taceri, tacenda esse arbitror. Id. Cluen.

Audito nomine Numæ, Patres Romani, ad unum omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt. Liv. 1. 7.

Eò magis illi maturandum iter existimabant. Cœs. De B. C. 1. 27.

§. 3.

VERBOS QUE DETERMINAN A SUBJUNTIVO CON NE, QUIN, Ó QUOMINUS.

P. Qué verbos determinan á subjuntivo con *ne, quin*, ó *quominus?*

R. Los verbos de *prohibir* é *impedir*, que en latin son *impedio*, *prohibeo*, *obsto*, *obsisto*, *recuso*, *veto*, *repugno*, etc.; los cuales envian al determinado á subjuntivo con *ne*, cuando no les precede negacion: v. g. Impido que jugueis: *Impedio ne ludatis;* mas cuando les precede negacion ó llevan interrogacion, determinan á subjuntivo con *quin* ó *quominus:* v. g. No impido que jugueis: *Non impedio*, *quin* vel *quominus ludatis.* Acaso impido

que jugueis? *An impedio, quin* vel *quominus ludatis?*

Ejemplos de autores clásicos.

Id. in hac disputatione de Fato, casus quidam, ne facerem, impedivit. Cic. Fat. 1.

Plura ne scribam, dolore impedior. Id. Att. 11. 13.

Sententiam ne diceret, recusavit. Id. Offic. 3. 26.

Nihil impedit, quominus id, quod maximè placeat, facere possimus. Id. Fin. 1. 10.

Multitudo hostium ne circumire queat, prohibent angustiæ. Sall. Cat. 58.

Non facinus, non probum, aut flagitium obstat, quominus magistratus capiant. Id. Cæs. 2. 3.

Nequid divini, humanive obstet, quominus justum piumque de integro ineatur bellum. Liv. 9. 8. Non repugnabo, quominus omnia legat. Cic. De Or. 1. 60.

Non recusamus, quin omnia, propter quæ bellum initum est, vestra sint. Liv. 30. 30.

Tiberium non fortuna, non solitudines protegebant, quin tormenta pectoris, suasque ipse pœnas fateretur. Tac. 6. 6.

Nec ætas impedit, quominus agri colendi studia teneamus. Cic. Fin. 1. 10.

Quid obstat, quominus sit beatus? Id. Nat. D. 1. 34.

Histiæus Milesius, ne res conficeretur, obstitit. Nep. Milt. 3.

Quod et potuisti prohibere, ne fieret, et debuisti. Id. Ver. 10.

Ne unus omnes antecederet, recusabant. Cœs. C. C. 3. 82.

Non possumus, quin alii à nobis dissentiant, recusare. Cic. Acad. 4. 3.

Neque recusavit, quominus legis pœnam subiret. Nep. Epam. 8.

Nec recusabo, quominus omnes mea legant. Cic. Fin. 1. 3.

Sapientia, quæ artem vitæ professa est, nulla re, quominus se exerceat, vetari potest. Senec. ep. 9.

Nota 1. ª Adviértase que esta diferencia de partícula, segun fuere el determinante afirmativo ó negativo, no es perpétua: v. g. Ciceron, con determinante afirmativo puso *quominus* en estos ejemplos: *Hiemem credo adhuc prohibuisse, quominus de te certum haberemus.* Fam. 15. 5. *Te justa causa impediri, quominus ad nos venias, video.* Att. 11. 17.

2. ª Con varias otras espresiones negativas aunque no signifiquen *prohibir* ó *impedir*, se usa tambien de subjuntivo con *quin* ó *quominus*, como se echa de ver en los siguientes

Ejemplos de autores clásicos.

Ego nihil prætermisi, quantum facere, enitique potui, quin Pompejum à Cæsaris conjunctione avocarem. Cic. Phil. 2. 10.

Quæ religio C. Mario non fuerat, quominus C. Glauciam prætorem occideret. Id. Catil. 3. 6.

Nihil desideramus, quominus Epirum ipsam possidere videamur. Id. Att. 2. 4.

Non idcirco Isocrates causas non defendit, quin id utile esse, et honestum existimaret. Id. Brut.

Causæ nihil esset, quin secus judicaret Id. Quint, 9.

P. Con qué partícula determina á subjuntivo el verbo *caveo?*

R. Con *ut,* cuando significa *procurar;* y con *ne,* ó sin partícula alguna, cuando significa *guardarse de:* v. g. Procurarás decir la verdad: *Cavebis, ut dicas veritatem.* Guárdate de mentir: *Cave, ne mentiaris,* vel *Cave mentiaris.*

Ejemplos de autores clásicos.

Caveamus, ut ea, quæ pertinent ad liberalitatem, moderata sint. Cic. Offic. 1. 39.

Quamvis tempestivè sementis confecta erit, cavebitur tamen, ut patentes liras, crebrosque sulcos aquarios faciamus. Colum 2. 8.

Cavendum est etiam, ne major pæna, quàm culpa sit. Cic. Offi. 1. 25.

Tu cave, ne minuas. Hor. Sat. 2. 3. 177.

Ne quid eis noceretur, à Cæsare cavetur. Cæs. B. C. 1. 86.

Cave, Cæsar, credàs. Cave, ignoscas. Cic. Lig. 5.

Cavete, inulti animam amittatis. Sall. Cat. 58.

Cave, unquam istuc verbum ex te audiam. Ter. Heaut. 5. 4. 8.

P. Los verbos que significan *temor* ó *recelo,* como son *timeo, metuo, vereor,* etc., con qué partícula determinan á subjuntivo?

R. Cuando se *teme* ó se *recela,* lo que se desea que suceda, con *ut* ó *ne non:* v. g. Temo que no me premien: *Timeo, ut* vel *ne non remunerer.* Mas cuando se teme ó se recela lo que no se desea que suceda, con *ne:* v. g. Temo que me castiguen: *Metuo, ne puniar.*

Ejemplos de autores clásicos.

Omnes labores te excipere video, timeo, ut sus-

tineas. Cic. Fam. 14 2.

Timeo, ne non impetrem. Id. Att. 9. 4.

O puer, ut sis vitalis, metuo. Hor. Tatt. 2. 1.

Vereor, ut hic dies mihi satis sit. Ter. And. 4. 2.

Hoc quia vos fœdus non jusseritis, veretur Hiempsal, ut satis firmum sit, et ratum. Cic. Agr. 2. 22.

Tum autem hoc timet, ne deseras se. Ter. And. 1. 5. 34.

Orator, metuo, ne languescat senectute. Cic. Fen. 9.

Etiam illud metuo, ne jam intercludamini. Id. Fam. 14. 14.

Vererer, ne mihi vox, viresque deficerent. Id. Ver. 3.

Vereor, ne præsenti fortunæ tuæ sufficere non possis. Curt. 7. 7.

Vereor, ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis, ac vana evadat. Liv. 23. 12.

Nota. *Vereor ut,* y *vereor ne non,* que son lo mismo, equivalen á *velim, sed timeo:* v. g. *Dies mihi hic ut satis sit, vereor, ad agendum.* Ter. And. 4. 2.—*Non vereor, ne non,* significa estar libre de todo temor, y equivale á *velim, sed non timeo:* v. g. *Non enim vereor, ne non scribendo te expleam.* Cic. Fam. 2. 1. *Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio non probem.* Id. Ver. act. 5.; esto es, *Non dubito, quin hoc officium meum P. Servilio sim probaturus.*—*Vereor, ne,* equivale á *nolim, sed timeo:* v. g. *Vereor, ne desideres officium meum.* Id. Fam. 6. 6.—*Non vereor, ne,* ó *non metuo, ne* equivale á *nolim, sed non timeo:* v. g. *Non metuis, ne confundere omnia videatur.* Id. Acad. 4.—Adviértase que es dudoso el uso de *vereor ut non,* por *vereor ut,* á pesar de algunos

ejemplos que se encuentran en Ciceron, como estos: *Vereor, ut hoc perinde intelligi auditum non possit, atque ipse cogitans sentio.* Marc. 4. *Veremur, ut hoc natura non patiatur.* Tusc. 2. 20. Algunos doctos latinistas creen que hay error en estos ejemplos. Sea lo que fuese, lo mas usado y mas seguro es poner *vereor, ut*, ó *vereor, ne non*, cuando se teme lo que se quiere que suceda.

P. Cuáles son los verbos que determinan á subjuntivo con *quin*, ó con *num, an, utrùm*, ó *ne* pospuesta?

R. Los que significan *duda, indecision*, ó cosa semejante, los cuales son en latin *dubito, ambigo, delibero, dubium est, dubitatio est*, etc.

P. Cuándo saldrá el determinado con estos verbos á subjuntivo con *quin*, y cuándo con *num, an, utrùm* antepuestas, ó con *ne* pospuesta?

R. Saldrá con *quin*, cuando el determinante espresa *duda*, y lleva interrogacion ó negacion; y cuando no, con *num, an, utrùm* antepuesta, ó con *ne* pospuesta: v. g. Non dudo que me han de juzgar: *Non dubito, quin judicandus sim.* Quién duda que me han de juzgar? *Quis dubitat, quin judicandus sim?* Dudo que hayas dejado el vicio: *Dubium mihi est, utrùm fugeris vitium* vel *Dubium mihi est, fugerisne vitium.*

Ejemplos de autores clásicos.

Non dubito, quin probaturus sim vobis defensionem meam. Cic. Mil. 4.

Hortensius non dubitavit, quin P. Syllam defenderet. Id. Syll. 3.

Nec dubito, quin iidem, et cum Ægeria collocutnm Numam, et ab aquila Tarquinio apicem im-

positum putent. Id. Leg. 1. 1.

Non fuerat mihi bubium, quin te Tarenti aut Brundusii visurus essem. Id. Att. 3. 6.

Nulla deinde dubitatio est, quin omnes tribus legem abrogarent. Liv. 34. 8.

Num dubitas, quin specimen naturæ capi debeat ex optima quaque natura? Cic. Tusc. 1. 14.

Quis dubitet, quin in virtute divitiæ sint? Id. Par. 6. 2.

Dubium est, quin fundos et insulas amicis anteponamus? Id. Fin. 2. 26.

Dubito, num idem tibi suadere debeam. Plin. 6. 27.

Moriendum enim certè est; et id incertum, an eo ipso die. Cic. Sen. 20.

Pompejus Scauro studet: sed utrùm fronte, an mente, dubitatur. Id. Att. 4. 15.

An Dea sim, dubitor. Ovid. Met. C. 208.

Et quidem ut in dubio poneret (M. Porcius), utrùm id, quod reprehenderet, matronæ sua sponte, an nobis auctoribus, fecissent. Liv. 34. 5.

Dubitabant Macedones, desersuissentne urbem incolæ, an fraude se occulerent. Curt. 9. 1.

Nota. Cuando el verbo *dubito* significa *atreverse*, le precede negacion, y determina las mas veces á infinitivo: v. g. Los hombres se atreven à ofender á Dios: *Homines non dubitant offendere Deum.*

Ejemplos de autores clásicos.

Homo mitissimus atque lenissimus (C. Cæsar) non dubitat P. Lentulum æternis tenebris vinculisque mandare. Cic. Catil. 4. 5.

Socraticus Aristippus non dubitavit summum malum dolorem dicere. Id. Tusc. 2. 6.

Te hominem amicissimum, et aliquot annos minorem natu non dubito monere. Id. Acad. 19.

Non dubitavit, simul ac conspexit hostem confligere. Nep. Pelop. 5.

Non dubitavit, post sacrilegia etiam parricidium facere. Justin. 1. 9.

Neque enim dubito, futurum, ut non deponas, si semel sumpseris. Plin. 6. 21.

P. Como se hacen las oraciones que traen los romances *no puedo dejar de*, ó *no puedo menos de?*

R. Hácense por infinitivo con el verbo *possum*, el cual admite la negacion *non* antes y despues de sí: ó por subjuntivo poniendo *quin* en lugar de la segunda negacion; advirtiendo que se puede poner tambien *facere* antes ó despues de *possum*, ó *fieri* poniendo *possum* impersonalmente en la tercera persona de singular: v. g. No podemos menos de temer la muerte: *Non possumus non timere mortem.* Con *facere*: *Facere non possumus, quin timeamus mortem.* Con *fieri*: *Fieri non potest, quin timeamus mortem.*

Ejemplos de autores clásicos.

Non possum ego non aut proximè, atque ille (Lepta), aut etiam æquè laborare. Cic. Fam. 9. 13.

Non potest animus objectam rem perspicuam non approbare. Id. Acad. 2. 13.

Qui mortem in malis ponit, non potest eam non timere. Id. Fin. 3. 8.

Caninio ad te eunti non potui nihil dare. Id. Fam. 9. 3.

Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus ex sese. Id. Par. 2.

Non possum, quin exclamem. Id. Or. 2. 10.

Facere non potui, quin tibi et sententiam, et

voluntatem declararem meam. Id. Fam. 6. 13.

Facere non possum, quin in singulas res, meritaque tua tibi gratias agam. Id. ib. 10. 24.

Fieri non potest, ut tu eum in tua provincia non cognôris. Id. Ver. 2. 77.

P. Cómo se espresa en latin el romance *si* que suele venir en las oraciones *interrogativas* ó *indefinidas* despues de los verbos de *entendimiento* y de *lenqua*, como son *dudar, deliberar, ignorar, preguntar, saber, decir, inquirir, averiguar, ver, mirar, conocer, reconocer*, etc?

R. Con una de estas partículas *an, num, utrùm*, ó *si* (rara vez) antepuestas, ó con *ne* pospuesta, poniendo casi siempre el determinado en subjuntivo; y si al fin de la oracion viene el romance *ó no*, en latin es *necne*, ó *an non:* v. g. Dudan, si Salomon hizo penitencia, ó no: *Dubitatur, utrùm Salomon egerit pœnitentiam, necne:* vel *Dubitatur, egeritne Salomon pœnitentiam, an non.*

Ejemplos de autores clásicos.

Aristo dubitat omnino, Deus animans, necne sit. Cic. Nat. D. 1. 4.

An dubium vobis fuit, utrùm esse vis aliqua videretur, necne? Id. Cæcin. 11.

Parthi transierint necne, præter te video dubitare neminem. Id. Fam. 2. 17.

Deliberent, utrùm trajiciant legiones ex Africa, necne. Id. ib. 11. 26.

Tarquinius Superbus Prisci Tarquinii filius neposne fuerit, non liquet. Liv. 1. 46.

Primùm quæro, num tu senatui causam tuam permittas, quod facit Cæsar? Cic. Vatin. 6.

Quæsivi à Catilina, an nocturno conventu apud

M. Mæcam fuisset necne. Id. Catil. 2. 6.

Quæsivit (Epaminondas), salvusne esset clypeus?... Rogavit, essentne fusi hostes? Id. Fin. 2. 30.

Interrogetur, tria pauca sint, anne multa? Id. Acad. 4. 49.

Quæro, potueritne Roscius ex societate suam partem petere? Id. Rosc. Com. 17.

Quærat etiam, sitne apud Græcos vis quædam sexti casus. Quintil. 1. 7.

Idcirco quidam, comœdia necne poema esset, quæsivere. Hor. Sat. 1. 4. 45.

Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina summæ tempora Dii superi? Id Od. 4. 7.

Hoc doce, doleam, necne doleam, nihil interesse. Cic. Tusc. 2 12.

Nihil interest, utrùm per procuratores agas, an per te ipsum. Id. Att. 3. 6.

Multum interest, utrùm laus imminuatur, an salus deseratur. Id. Fam. 1. 7.

Haud scio, an satis sit, eum, qui lacessierit, injuriæ pœnitere. Id. Offic. 1. 11.

Dicito, si pascuntur aves. Id. Div. 2. 34.

Non recusavit, quominus vel extremo spiritu, si quam opem reipublicæ ferre posset, experiretur. Id. Phil. 9. 1.

Nihil apud Philopæmenem locutum ferunt, qùam quæsisse, si incolumis Lycortas evasisset. Liv. 39. 50.

Alexander, filius Jovis appellatus, consuluit, deinde, an totius orbis imperium fatis sibi destinaret pater. Curt. 4. 7.

Adviértase que si á dichos verbos se siguen, en lugar de *si,* los romances *en donde*, *de donde*, *como*, *de qué manera*, *cuando*, *cuanto*, *quien*, *porque*, *cual*, *cuan grande*, *en cuantas maneras*, *en que grado*, etc., en latin se pondrán sus corres-

pondientes partículas, como *ubi*, *ubinam*, *unde*, *quó quà*, *quorsum*, *cur*, *quis*, *quidnam*, *quàm*, *quantus*, *qualis*, *quot*, *quotus*, *quotuplex*, *quantopere*, *quomodo*, etc.; y los romances de indicativo ó infinitivo, que vienen despues, se hacen en latin las mas veces por subjuntivo: v. g. No sé quien ha venido: *Nescio, quis venerit*. No sabia que hacer: *Nesciebam quid facerem*.

Ejemplos de autores clásicos.

Nescio, quomodo inhæret in mentibus quasi sæculorum quoddam augurium futurorum. Cic. Tusc. 1. 15.

In quo non video, ubinam mens constans, et vita beata possit insistere. Id. Nat. D. 1. 10.

Video, cui Apulia sit atributa, qui habeat Etruriam. Id. Catil. 2. 3.

Quærendum est, ecquo modo vis illa vitari potuerit ac levari. Her. 1. 1.

Quid veniam, qui sim, quare veniam, quem insimulem, cui prosim, quem postulem brevi cognoscetis. Ib. 4. 22.

Quæro. unde, iste tam pecuniosus sit factus. Ib. 4. 23.

Videte nunc, inquit, judices, quemadmodum me Plagiosippus iste tractarit. Id. 4. 31.

Velim cogites, quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis. Cic. Att. 2. 5.

In omni causa ab utroque quæri oportebit, à quo, et per quos, et quomodo, et quo tempore aut agi, aut judicari, aut quid statui de ea re conveniat. Id. Inv. 2.

Qua in sede maneant (animi), qualesque sint, ratione discendum est. Id. Tusc. 1. 16.

Non quæro, quanta memoria Simonides fuisse

dicatur. Id. ib. 1. 24.

Nec verò intelligo, cur maluerit Epicurus Deos hominum similes dicere, quàm homines Deorum. Id. Nat. D. 1. 32.

Quid in cœlo fiat, scire avemus. Id. Fin. 2. 14.

Quæro igitur, vester Deus primùm ubi habitet. Id. Nat. D. 1. 37.

Scio, quàm cupias minui dolorem. Id. Att. 11. 6.

In hac ratione quid res, quid causa, quid tempus ferat, tu facillimè, optimèque perpicies. Id. Fam. 1. 7.

Non video, cur non potuerit patri similis esse filius. Id. Fin. 5.

Tempora autem reipublicæ qualia futura sint, quis scit? Id. Fam. 2. 18.

Quæro, quando ista fuerint ab accademia vetere decreta. Id. Acad. 2. 24.

Draco visus est ei radiculam ore ferre, et simul dicere, quo illa loci nasceretur. Id. Div. 66.

Nullum est præceptum, quomodo verum inveniatur, sed tantùm quomodo judicetur. Id. Or. 2. 38.

Id primum videamus, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Id. Amic. 12.

Quantum Hortensio credendum sit, nescio. Id. Q. Fr. 1.

Dici non potest, quantopere gaudeant. Id. Att. 14. 6.

Postulo mihi respondeat, qui sit iste Verrutius? mercator, an arator, an pecuarius? Id. Ver. 4. 77.

Roges me, quid aut quale sit Deus. Id. Nat. D. 1. 22.

Nescio hercle, neque unde eam, neque quorsum eam. Ter. Eun. 2. 3.

Videamus, uter plus scribere possit. Hor. Sat. 1. 4.

Quò festines ire, vel unde vide. Ovid. Trist. 1. 3.

Quàm dulcis sit libertas, breviter proloquar. Phæd. 3. 7.

Nota. Ya que se he hablado de estas partículas, adviértase que *an, anne, an vero, num, numne, numnam, numquid, numquidnam,* y la conjuncion enclítica *ne*, al principio de la oracion sirven para preguntar, instar ò negar con mas vehemencia, segun se echa de ver por los siguientes.

Ejemplos de autores clásicos.

An me censetis, P. C., decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscereutur? Cic. Phil. 1. 6.

An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi non poterunt? Id. Tusc. 5. 32.

A ne licebit fæderatis istuc, vobis non licebit? Id. Balb. 23.

An verò, judices, vos soli ignoratis? Id. Mil. 12.

An verò dubitamus, quo ore iste ceteros homines inferiore loco solitus sit appellare...? Cic. Ver. 3. 48.

Num censes Ennium dixisse? Id. Acad. 2. 16.

In Numa Pompilio numquod eloquentiæ vestigium apparet? Id. Or. 1. 9.

Numne aspicis, quo in templo verseris? Id Rep. 6. 4.

Deum ipsum numne vidisti? Id. Nat. D. 1. 31.

Numquid vos duas habetis patrias? Id. Leg. 2. 2.

An non dixi, hoc esse futurum? Ter. Andr. 3. 5. 15.

Eho numnam hic relictus custos? Ter. Eum. 2. 2. 55.

Numquidnam hic, quod nolis, vides? Ter. Eun. 2. 2.

Numquidnam, inquit, novi? Cic. Or. 2. 3.

Putaresne unquam fieri posse, ut mihi verba deessent? Id. Fam. 2. 2.

Quod aut omnibus necesse est, idne miserum esse uni potest? Id. Tusc. 1. 49.

Tamenne arbitraris id de te posse obtinere? Id. Dom. 19.

Jamne vides, belua, jamne sentis, quæ sit hominum querela frontis tuæ? Id. Pison. 1.

ORACIONES DE RELATIVO.

CAPITULO I.

P. En qué se conocen las oraciones de relativo?

R. En uno de estos romances *que, quien, quienes*, ó uno de los casos del adjetivo relativo *el cual, la cual, lo cual* despues de un nombre ó pronombre, á que hacen relacion; y en latin se espresan con *qui, quæ, quod*.

P. De cuántas oraciones constan las de relativo?

R. De dos: la una se llama *primera*, ó de *antedente*, y la otra *segunda* ó de *relativo* propiamente. Unas veces viene la *primera* oracion toda entera ántes de la *segunda*: v. g. *Los ciudadanos observaron las leyes, que el legislador promulgó.* Otras veces se pone primero el nombre ó pronombre antecedente, luego la *segunda* oracion toda entera, y despues se concluye la *primera*: v. g. *Las leyes, que el legislador promulgó, eran justas. Las leyes eran justas*, es la *primera* ó la de *antecedente; que el legislador promulgó*, es la *segunda* ó la de *relativo* propiamente dicha.

P. Por qué se llama la primera oracion de *antecedente*, y la segunda de *relativo?*

R. Llámase así la primera, porque en ella vie-

ne el *antecedente,* que es aquella palabra que está ántes de *que, quien, quienes,* etc., y á la cual hace relacion el pronombre relativo; la segunda se llama de *relativo* propiamente, porque en ella viene el relativo.

P. Qué puede ser el relativo?

R. Puede ser persona que *hace*, ó que *padece,* ó bien *caso oblícuo.*

P. Cuándo será el relativo persona que hace?

R. Cuando en la *segunda* oracion no se halle persona que ejecute la accion del verbo, y este sea de activa; ó cuando el nombre ó pronombre, que viene ántes de *que, quien, cual,* etc., ejerza la accion del verbo de la *segunda oracion;* ó mas simplemente: Cuando entre el *que, quien*, etc. y el verbo no hay nombre ni pronombre alguno, ni se puede poner con buen sentido: v. g. *Tu, que trabajas en la tierra, descansarás en el cielo.* El *niño, que no estudia, será ignorante.*

P. Cuándo será el relativo persona que padece?

P. Cuando en la *segunda* oracion se halla la persona que ejecuta la accion del verbo; ó cuando el nombre ó pronombre, que está ántes de *que, quien*, etc., no ejerza la accion del verbo ó mas simplemente: cuando entre el *que, quien*, etc. y el verbo hay algun nombre ó pronombre, ó se puede poner con buen sentido: v. g. *El tiempo, que pierdes, es muy precioso. Las ciencias son un caudal, que nadie podrá robarte.*

P. Cuándo será el relativo caso oblícuo?

R. Siempre que no sea persona que hace ni que padece: v. g. *Deus, cujus munere vivimus, cui servimus, ad quem tendimus, quo beati fruuntur, est sapientissimus.*

P. Qué puede ser cada una de las dos oraciones de que constan las de relativo?

R. Puede ser una oracion de *sum, es, fui,* de *activa,* de *pasiva,* de *infinitivo,* etc.

P. Cómo se hacen las oraciones de activa de relativo?

R. Comiénzase por la oracion *primera;* y cuando se haya puesto el *antecedente,* se pone el relativo en el caso que le corresponde; y se añade lo que faltare para completar el sentido: v. g. (Con relativo de persona que hace): El hombre que ama á Dios, guardará los mandamientos: *Homo, qui diligit Deum, servabit mandata.*—(Con relativo de persona que padece): Los mandamientos, que nosotros hemos de guardar, son santos: *Mandata, quæ nos servaturi sumus, sunt sancta.*—(Con relativo en caso oblícuo): La vida misma, de que gozamos, es breve: *Vita ipsa, qua fruimur, brevis est.* Sall. Catil. 1.

Ejemplos de autores clásicos.

Liber is est existimandus, qui nulli turpitudini servit. Her. 4. 17.

Optimus est orator, qui dicendo animos audientium et docet, et delectat, et permovet. Cic. Opt. gen. or. 1.

Non potest exercitum is continere imperator, qui se ipsum non continet. Id. Manil. 13.

Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus est munere. Id. Tusc. 1. 45.

Adhuc neminem vidi poetam, qui sibi non optimus videretur. Id. ib. 5. 22.

Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequidquam sapit. Id. Fam. 7. 6.

Fatetur facinus is, qui judicium fugit. Pub. Syr. Sent.

Negat sibi ipse, qui, quod difficile est, petit. Id. ib.

Egens æquè est is, qui non satis habet, et is, cui nihil satis potest esse. Her. 4. 17.

Qui studet optatam cursu contingere metam, Multa tulit, fecitque puer, sudavit et alsit. Hor. Pison. 412.

Non deterret sapientem mors, quæ propter incertos casus quotidie imminet. Cic. Tusc. 1. 38.

Etymologia, quæ verborum origidem inquirit, à Cicerone dicta est notatio. Quintil. 1. 9.

Lex universi est, quæ jubet nasci et mori. P. Syr. Sent.

Quæ ad te pertinere arbitrabor, ea mea sponte faciam. Cic. Fam. 6. 8.

Vitium, quod fit singulis verbis, sit barbarismus. Quintil. 1. 9.

Cujus omnis in pecunia spes est, ejus à sapientia est animus remotus. Her. 4. 20.

Cujus aures veritati clausæ sunt, ut ab amico verum audire nequeat, hujus salus desperanda est. Cic. Amic. 24.

Ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit. Quintil. 10. 1.

Mihi detur ille puer, quem laus excitet, quem gloria juvet, qui victus fleat. Id. 1. 3.

Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes et mentis et corporis frangit. Id. 1. 2.

Bassis trianguli, quam grues efficiunt, ea tanquam à puppi, ventis adjuvatur. Cic. Nat. D. 2. 49.

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. (Prov. græc.) Id. Tusc. 1. 18.

Rara quidem virtus, quam non fortuna gubernet. Ovid. Trist. 5. 14.

Nullum tantum est periculum, quod sapiens pro salute patriæ vitandum arbitretur. Her. 4. 42.

Nullus dolor est, quem non longinquitas tempo-

ris minuat, aut molliat. Serv. ad Cic. Fam. 4. 5.

Exigua pars est vitæ, quam nos vivimus. P. Syr. Sent.

Nulla tam bona est fortuna, de qua nihil possis queri. Id. ib.

Ultimum omnium mors est, ad quam non pigrè ire satis est. Curt. 5. 9.

Mors terribilis est iis, quorum cum vita omnia extinguuntur; non iis, quorum laus emori non potest: exilium autem illis, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus; non iis, qui omnem orbem terrarum, unam urbem esse ducunt. Cic. Par. 2.

Ergo arbores seret diligens agricola, quarum adspiciet baccam ipse nunquam: vir magnus leges, instituta, rempublicam non seret? Id. Tusc. 1. 14.

Quibus nihil opis est in ipsis ad bene beatèque vivendum, iis omnis gravis est ætas. Id. Sen. 2.

Non solùm ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa est. Id. Amic. 15.

Multi divitias despiciunt, quos parvo contentos tenuìs victus cultusque delectat. Id. ib. 23.

Amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas, officio et fide pariuntur. Sall. Jug. 10.

Commoda, quibus utimur, lucem, qua fruimur, spiritum, quem ducimus, à Deo nobis dari, atque impertiri videmus. Cic. Rosc. Am. 45.

Eas causas, in quibus de æquo et iniquo quæritur, exposuimus. Id. Inv. 2. 36.

Adviértase que ordinariamente se calla el antecedente cuando es alguno de los pronombres *is, ea, id, ille, illa, illud*, etc., como se vé en los siguientes

Ejemplos de autores clásicos.

Honestum esse non potest, quod justitia vacat. Cic. Offic. 1.

Maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam. Id. Amic. 22.

Qui totos dies precabantur et immolabant, ut sui sibi liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati: quod nomen postea latius patuit. Id. Nat. D. 2. 28.

Errant, qui in prosperis rebus omnes impetus fortunæ se putant fugisse. Her. 4. 17.

Qui adolescentium peccatis ignosci putant oportere, falluntur. Ib. 4. 17.

Sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus adversos reformidant. Ib. 4. 17.

Nego jus esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste. Cic. Offic. 1. 12.

Beneficium qui dedisse se dicit, petit. P. Syr. Sent.

Feras, non culpes, quod mutari non potest. Id. ib.

Necesse est multos timeat, quem multi timent. Id. ib.

Deliberandum est diu, quod statuendum est semel. Id. ib.

Fortuna, nimium quem fovet, stultum facit. Id. ib.

Minus decipitur, cui negatur celeriter Id. ib.

Tam deest avaro quod habet, quàm quod non habet. Id. ib.

Qui effusè favent, auctoritatem immodico favore corrumpunt. Liv. 42. 30.

Sunt, qui Hannibalem ex acie ad mare pervenisse, inde præparata nave ad regem Antiochum extemplo profectum tradunt. Id. 30. 37.

Non temerè incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam decepit. Id. 30. 30.

Unam qui tollit legem, ceteras infirmat. Id. 34. 3.

Sunt hic, qui mecum rem pulcherrimam cogitaverunt. Curt. 8. 7.

Difficile est continere, quod capere non possis. Id. 4. 11.

Posthume, non bene olet, qui bene semper olet. Mart. 2. 10.

Districtus ensis cui super impia cervice pendet, non Siculæ dapes dulcem elaborabunt saporem. Hor. Od. 3. 1.

Rectiùs occupat nomen beati, qui duram callet pauperiem pati, pejusque letho flagitium timet. Id. ib. 4. 9.

Frangas citiùs, quàm corrigas, quæ in pravum induruerunt. Quintil. 1. 3.

P. Cómo se vuelve por activa una oracion de relativo?

R. Del modo siguiente: Se empezará á volver por pasiva la primera oracion, continuándola hasta el *antecedente*: en llegando al *antecedente*, y colocando este debidamente, se pasará inmediatamente á la *segunda* oracion, aun cuando haya de quedarse interrumpida la *primera*; en cuyo caso, acabada de volver por pasiva toda la oracion *segunda*, se acabará de volver lo que falta de la *primera*: v. g. El hombre, que ama á Dios, guardará los mandamientos: *Homo, qui diligit Deum, servabit mandata*. Pasiva: Los mandamientos serán guardados por el hombre, por el cual Dios es amado: *Mandata servabuntur ab homine, à quo Deus diligitur.*

NOTA. El relativo *que no*, cuando en la *primera* oracion le precede negacion ó interrogacion, se espresa elegantemente con *quin* en lugar de *qui non, quœ non, quod non*: v. g. No hay curioso al-

guno, que no sea maligno: *Nemo curiosus est, quin sit malevolus.* Plaut. Stil.

Ejemplos de autores clásicos.

Nego ullam gemmam, aut margaritam fuisse, quin quæsierit, inspexerit, abstulerit. Cic. Ver. 6. 1.

Nemo Lilybæi fuit, quin viderit, nemo in Sicilia, quin audierit. Id. ib. 7. 54.

De qua aqua, et via nihil prætermisi quadam epistola, etc., quin enucleate ad te perscriberem. Id. Q. Fr. 3. 3.

Nemo est, quin cogitet, quàm sit metuendus iratus victor armatus. Id. Fam. 6. 4.

Dies fere nullus est, quin hic Satyrus domum meam ventitet. Id. Att. 1. 1.

Quis est, quin cernat, quanta vis sit in sensibus? Id. Acad. 4.

Quis est omnium his moribus, quin divitiis et sumptibus, non probitate neque industria cum majoribus suis contendat? Sall. Jug.

CAPITULO II.

ORACIONES DE RELATIVO POR PARTICIPIO.

P. Por qué participio, y cómo se hacen las oraciones de relativo?

R. Hácense por uno de los cuatro participios, repitiendo la *primera* oracion hasta el *antecedente* inclusive; y hecho esto, se concierta con él inmediatamente el participio correspondiente, sacándole del verbo de la *segunda* oracion; y si el participio debe llevar tras sí algun caso, se pondrá este; y finalmente, si quedó interrumpida la oracion *primera*, se concluirá repitiendo lo que falta de ella.

P. Cuándo se podrá hacer por participio de presente una oracion de relativo?

R. Cuando el relativo sea persona que hace, y el verbo de la *segunda* oracion hable de presente ó pretérito imperfecto de indicativo ó de subjuntivo, ó del primer romance de futuro de subjuntivo: v. g. Tu, que ámas la verdad, aborrecerás la mentira: *Tu, qui amas veritatem, odio habebis mendacium.* Participio: *Tu amans veritatem odio habebis mendacium.*

Ejemplos de autores clàsicos.

Mortem omnibus horis impendentem timens quî poterit animo consistere? Cic. Sen. 20.

Jure exulantem consolari non oportet. Id. Tusc. 5. 37.

Crescentem sequitur cura pecuniam, majorumque fames. Hor. Hd. 3. 16.

Non possidentem multa vocaveris rectè beatum. Id. ib. 4. 9.

Somnia me terrent veros imitantia casus. Ovid. Pont. 1. 2.

Virtutis expers verbis jactans gloriam ignotos fallit, notis est derisui. Phæd. 6. 9.

P. Cómo se vuelve por pasiva una oracion de relativo hecha por participio?

R. Como una primera ó segunda de activa simple, considerando al participio como un adjetivo: v. g. *Tu amans veritatem odio habebis mendacium.* Pasiva: *Mendacium odio habebitur à te amante veritatem.*

P. Cuándo se podrá hacer por participio de pretérito una oracion de relativo?

R. Cuando el relativo sea persona que padece,

y el tiempo de la *segunda* oracion hable de pretérito perfecto, ó pluscuamperfecto de indicativo, ó de subjuntivo, ó del segundo romance del futuro de subjuntivo: v. g. Los romanos sancionaron las leyes, que los Decemviros recopilaron: *Romani sanxerunt leges, quas Decemviri redegerunt*, Participio: *Romani sanxerunt leges redactas à Decemviris*. Pasiva: *Leges redactæ à Decemviris sancitæ fuerunt à Romanis*.

Ejemplos de autores clásicos.

Priamum tanta progenie orbatum hostilis manus interemit. Cic. Tusc. 1. 35.

Tiberium Grachum rempublicam vexantem à Quinto Tuberone, æqualibusque amicis derelictum videbamus. Id. Amic. 11.

Epicrates homines multis verbis malè à se acceptos dimisit. Id. Ver. 4. 23.

O suaves epistolas tuas uno tempore mihi datas duas! Id. Att. 2. 12.

Accepi id. sext. quatuor epistolas à te missas. Id. ib. 3. 15.

Arcem jam scelere emptam Sabini habent. Liv. 1. 5.

P. Cuándo se harán por participio de futuro en *rus* las oraciones de relativo?

R. Cuando el relativo sea persona que hace, y el tiempo de la *segunda* oracion hable de futuro imperfecto, ò lleve *de*: v. g. El soldado, que ha de pelear, tome las armas: *Miles, qui pugnaturus est, arripiat arma*. Participio: *Miles pugnaturus arripiat arma*. Pasiva: *Arma arripiantur à milite pugnaturo*.

Ejemplos de autores clásicos.

Alexander, quum experiri vellet militum animos, admonuit, qui litteras in Macedoniam ad suos scripsisset, iis, quos ipse mittebat, perlaturis cum fide traderet. Curt. 7. 2.

Nabarzanes et Bessus decreverunt, ut, si Alexander ipsos insecutus foret, tradito rege vivo, inirent gratiam victoris magni profecto cepisse Darium æstimaturi. Id. 5. 9.

Docendus, et multis prius experimentis inspiciendus erit futurus villicus. Colum. 11. 1.

Quæ vitiosa putavi, Emendaturis ignibus ipse dedi. Ovid. Trisi. 4. 10.

Opprimet hanc animam fluctus: frustraque precanti Ore necaturas accipiemus aquas. Id. ib. 1. 2.

Non profecturis littora bubus aras. Id.

Omnium versatur urna seriùs ociùs sors exitura, et nos in æternum exilium impositura cymbe. Hor. Od. 2. 3.

P. Cuándo se harán por participio de futuro en *dus* las oraciones de relativo?

R. Cuando el relativo sea persona que padece, y el tiempo de la *segunda* oracion hable de futuro imperfecto, ó lleve *de:* v. g. La gloria, que los justos conseguirán, será eterna: *Gloria, quam justi obtinebunt, erit æterna.* Participio: *Gloria obtinenda à justis erit æterna.*

Ejemplos de autores clásicos.

Bonum est fugienda aspicere in alieno malo. P. Syr. Sent.

Condendæ in radicibus montis urbi sedes electa est. Curt. 7. 3.

Aliqua dicenda habeo. Cic. Nat. D.

Brachia da lasso potiùs prendenda natanti. Ovid. Pont. 2. 5.

Jurandasque tuum per nomen ponimus aras. Hor. Ep. 2. 1.

Nota. Con los verbos deponentes las oraciones de relativo se hacen por participio de pretérito, cuando el relativo es persona que hace, y el tiempo habla de pretérito perfecto ó piuscuamperfecto; y la razon de hacerse por participio de pretérito con persona que hace es, que dicho participio en tales verbos es activo: v. g. Tu, que has robado el dinero, serás castigado: *Tu, qui furatus fuisti pecuniam, punieris.* Participio: *Tu furatus pecuniam punieris.—Cumanæ cohortes arte adversus vim usæ declinavere paululum.* Liv. 2. 9.

P. Cómo se hacen las oraciones, en que viene la partícula *que* despues de algunos romances *tan, tanto, tal, de tal modo, de tal manera, de tal suerte*, etc., que en latin son: *tam, tantus, talis, adeo, ita, sic, is, ea, id*, etc?

R. Hácense por subjuntivo, como las oraciones de infinitivo, con *ut*; ó con *qui, quæ, quod*, como las de relativo, cuando la partícula *que* hace relacion: v. g. el Ásia es tan rica y fértil, que sin dificultad aventaja á todos los demas paises: *Asia tam opima est et fertilis, ut facilè omnibus terris antecellat.* Cic. Manil.

Ejemplos de autores clásicos.

Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse vivere. Cic. Sen. 7.

Non tam insolens sum, qui me Jovem esse di-

cam: non tam ineruditus, qui Minervam Jovis filiam meam esse sororem existimem. Id. Dom. 34.

Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? Id. Fam. 9. 2.

Non puto tam expeditum negotium futurum, ut non habeat aliquid moræ. Id. Att. 13. 31.

Non essem tam inurbanus, ac pene inhumanus, ut ego eo gravarer, quod vos cupere sentirem. Id. Or. 2. 90.

Tanta vis probitatis est, ut eam etiam in hoste diligamus. Id. Amic. 8.

Nulla ese tanta vis, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique possit. Id. Marc. 3.

Tanta perturbatio et confusio est rerum, ita perculsa et prostrata fædissimo bello jacent omnia, ut is cuique locus, ubi ipse sit, et sibi quisque miserrimus esse videatur. Id. Fam. 4. 4.

Vita quidem talis fuit, vel fortuna, vel gloria, ut nihil posset accedere. Id. Amic. 3.

Talem igitur te esse oportet, qui primùm te ab impiorum civium, tui dissimillimorum societate sejungas. Id. Fam 10. 6.

Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit. Hor. Ep. 1. 1.

Adeo excellebat Aristides abstinentia, ut unus post hominum memoriam justus sit appellatus. Nep. Arist. 1.

Neminem quidem adeo infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet. Cic. Flac. 20.

Adeone hospes hujusce urbis, adeo ignarus es, ut hæc nescias? Id. C. Rab. 10.

Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur. Id. Nat. D. 2. 57.

Marcellus candidatus ita stertebat, ut ego vicinus audirem. Id. Att. 4. 3.

Bellum ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax

quæsita videatur. Id. Offic. 1. 23.

Ita amicum habeas, posse ut fieri hunc inimicum putes. P. Syr. Sent.

Ita viximus, et id ætatis jam sumus, ut omnia, quæ non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. Cic. Fam. 6. 21.

Id mihi sic erit gratum, ut gratius esse nihil possit. Id. Fam. 13. 31.

Spartæ verò pueri ad aram (Dianæ) sic verberibus accipiuntur, ut multus è visceribus sanguis exeat. Id. Tusc. 2. 14.

Nec tamen is sum, ut mea me maximè delectent. Id. Brut. 15.

Is ego sum, cui vel maximè concedant omnes. Id. Fam. 1. 8.

Ea natura rerum est, et is temporum cursus, ut non possit ista aut tibi, ant cæteris fortuna esse diuturna. Id. ib. 6. 5.

Res sunt ejusmodi, ut, si Romæ sis, nihil te præter tuos delectare possit. Id. ib. 4. 4.

Ea est Romana gens, quæ victa quiescere nesciat. Liv.

NOTA 1.ª Las partículas *tam, ita, sic*, etc., se callan frecuentemente en la oracion: v. g. *Fuit et disertus* (Epaminondas), *ut nemo Thebanus ei par esset eloquentia*. Nep. Epam. 5.

2.ª Se usa con elegancia *usque eo ut* en lugar de *adeo ut*: v. g. *Usque eo morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes*. Cic. Or. 29. *Multâ et jucundâ consuetudine conjuncti inter nos sumus, usque eo, ut nostri illi comessatores conjurationis barbatuli juvenes illum in sermonibus Cnæum Ciceronem appellent*. Id. Att. 1. 14. Y aun mejor *usque adeo ut* por *usque eo ut*: v. g. *Usque*

adeo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum esset Meandrius. Id. Flac. 25. *Verè sus usque adeo pinguitudine crescere solet, ut se ipsa stans sustinere non possit.* Varr. 2. 4.

ORACIONES DE ESTANDO,

(Ó DE GERUNDIO DE PRESENTE).

CAPITULO I.

P. En qué se conocen las oraciones de *estando?*

R. Las oraciones llamadas de *estando*, ó de *gerundio de presente,* se conocen en estos romances: *Estando, estando leyendo, estando estudiando; cuando estudiaba, al tiempo que estudiaba, siendo, amando, cuando estaba amando, mientras oía, ó mientras estaba viendo, como decia, como eres, conforme veia,* y otros semejantes. A estas se reducen varias partículas, que vienen con romances de presente de infinitivo, como son: *Al, sin, de, en, con, para,* etc. v. g. *Con leer, al comenzar, sin estudiar*, etc., cuando equivalen al gerundio de presente.

P. Cuántas oraciones traen las de estando?

R. Dos, llamadas *primera* y *segunda:* la primera trae el romance *estando,* ù otro de los equivalentes; y la otra es la segunda, y se llama así, aunque no siempre viene en segundo lugar. La *primera*, deja imperfecto y confuso el sentido, y pendiente de otro verbo: la *segunda*, perfecciona, aclara y determina el sentido de toda la oracion.

P. Por qué tiempos, y con qué partícula se hacen?

R. Por presente y pretérito imperfecto de subjuntivo con la partícula *cùm* ó *dum;* y por los mis-

mos tiempos de indicativo con una de estas: *Cùm, dum, ubi, quando, quamdiu, ut,* etc.

P. Cuándo se hará una oracion de estando por presente de subjuntivo ó de indicativo?

R. Ordinariamente cuando el verbo de la segunda oracion habla de presente ó futuro imperfecto.

P. Cuándo se hará por el pretérito imperfecto de subjuntivo ó de indicativo?

R. Ordinariamente cuando el verbo de la segunda oracion habla de un tiempo que no sea ni presente ni futuro imperfecto.

P. Cómo se hacen en latin las oraciones de estando?

R. Del modo siguiente: La oracion segunda no ofrece dificultad; cuanto á la primera, se pone ante todo la partícula conveniente y el supuesto de la oracion, si no es impersonal; y luego el verbo de la misma, atendiendo al verbo de la segunda para saber en qué tiempo se ha de poner; y considerando si es primera ó segunda de *sum, es, fui,* de activa, de pasiva, ó de infinitivo, y guardando en todo las reglas ya dadas para estas oraciones: v. g. Con guardar, ó guardando los mandamientos, te salvarás: *Cùm serves mandata, salvus fies.* Estando yo en Brindis, recibí tu carta: *Cùm essem Brundussii, litteras tuas accepi.* Cic. Fam. 3. 4.

Ejemplos de autores clásicos.

Pinguis ager cùm plurimum reddat, minimum poscit. Colum. 1. 6.

Nec angar ulla re, cùm omni vacem culpa. Cic. Fam. 6. 3.

Cùm docilem velis facere auditorem, simul attentum facias oportet. Id. Inv. 1.

Avarum facilè capias, ubi non sis idem. P. Syr. Sent.

Pyrrhus cúm Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso, lapide ictus interrit. Nep. de Reg. 2.

Athenæ cùm florerent æquis legibus, procax libertas civitatem miscuit. Phæd. 1. 2.

Canis per flumen carnem dum ferret natans, lympharum in speculo vidit simulacrum suum. Id. 1. 4.

Socrates, in pompa quum magna vis auri argentique ferretur, *Quàm multa non desidero!* inquit. Cic. Tusc. 5. 32.

Bis peccas, cùm peccanti obsequium accomodas. P. Syr. Sent.

Cùm advesperascit, apes in alveo strepunt minus ac minus. Plin. Hist. 11. 10.

Cùm varices secabantur C. Mario, dolebat. Cic. Tusc. 2. 15.

Dum in Cumanum venis, accedent continuò ad reditum dies quinque. Id. Fam. 16. 12.

Dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, et gravi opere perfungimur. Id. Sen. 21.

Deus immortalis haberi, Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam Insiluit. Hor. Pison. 464.

Parvæ vindictam rei dum quæro demens, servitutem reperi. Phæd. 4. 3.

Consul (Servilius) edixit, "Ne quis militis, do-« nec in castris esset, bona possideret, aut vende-« ret." Liv. 2. 24.

Malus bonum ubi se simulat, tunc est pessimus. P. Syr. Sent.

Nos ubi decidimus, pulvis et umbra sumus. Hor. Od. 4. 7.

Neque fumus, neque fuligo, quamdiu viride oleum conficitur, in torcular admittatur. Colum. 12. 50.

Te in jus (adduxerunt), ut nobis tempus, quamdiu diceremus, præstitueres. Cic. Quint. 9.

Ut sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister. Ovid. Trist. 5. 10.

Quando sacratæ vatis horrescunt comæ, tripodes moventur, mugit adytis Religio, tremuntque lauri, et ipse pallescit dies. Phæd. fab. nov. 7.

Orsilochus Remuli, quando ipsum horrebat adire, Hastam intorsit equo, ferrumque sub aure reliquit. Virg. Æn. 11. 636.

NOTA. El verbo de la primera oracion puede tambien ponerse en futuro imperfecto, cuando el de la segunda habla de cosa que está por venir, como se vé en los siguientes

Ejemplos de autores clásicos.

Cùm inimici nostri venire dicentur, tum in Epirum ibo. Cic. Fam. 14. 3.

Cùm per valetudinem et anni tempus navigare poteris, ad nos veni. Id. ib. 16. 2.

Adolescentes, cùm relaxare animos et dare se jucunditati volent, caveant intemperantiam, meminerint verecundiæ. Id. Offic. 1. 34.

Cùm de bello Romano cogitabis, inter primos amicos Annibalem habeto. Liv. 35. 19.

Donec eris felix, multos numerabis amicos. Ovid. Trist. 1. 8.

CAPITULO II.

ORACIONES DE ESTANDO POR PARTICIPIO.

B. Por qué participio, y cuándo, y cómo se hacen las oraciones de *estando?*

R. Por participio de presente, cuando la persona que hace de la primera oracion entra en la segunda mirando en qué caso entra, pues se ha de concertar con ella en género, número y caso el participio sacado del verbo de la primera oracion; y se añade el régimen del verbo, si lo tiene: v. g. Pasando las grullas á tierras mas calientes, atraviesan el mar: *Cùm grues petant loca calidiora, mare transmittunt.* Participio: *Grues loca calidiora petentes mare transmittunt.* Cic. Nat. D. 2. 49.

Ejemplos de autores clásicos.

Dionysius cultos metuens tonsorios candenti carbone sibi adurebat capillum. Cic. Offic. 2. 7.

Cruentum altè extollens M. Brutus pugionem Ciceronem nominatim exclamavit. Id. Phil. 2. 12.

Ego decem annorum peccata recordans, præsentisque temporis cognoscens temeritatem, ignaviam, negligentiam succensebam. Id. Att. 9. 5. Nonne modò pueros, modò adolescentes, in cursu, à tergo insequens nec opinantes assecuta est senectus? Id. Tusc. 1. 39.

Tib. Gracchus spumans ex ore scelus, anhelans ex intimo pectore crudelitatem contorquet brachium. Her. 4. 55.

Ipse indulgens animo pes mihi tardus erat. Ovid. Trist. 1. 3.

Demosthenes grande quoddam specullum intuens componere actionem solebat. Quintil. 11. 4.

Princeps Horatius ibat trigemina spolia præ se gerens. Liv. 1. 10.

P. Cuando la persona que hace de la primera oracion no entra en la segunda en nominativo, si no en otro caso, ¿por dónde se comenzará?

R. Por la segunda oracion, continuándola hasta el caso en que el nominativo de la primera entra en ella, y repetido que sea este caso, se concierta con él en gènero, número y caso el participio de presente sacado del verbo de la primera oracion, y en seguida se pone el régimen del participio: v. g. Estando Cristo pendiente de la cruz, los Judíos le denostaban: *Cùm Christus penderet è cruce, Judæi conviciabantur ei.* Participio: *Judæi conviciabantur ei* (Christo) *pendenti è cruce.*

Ejemplos de autores clásicos.

Carthagini malè jam diu cogitanti bellum multò ante denuntio. Cic. Sen. 6.

Aranti L. Quintio Cincinnato nuntiatum est, eum dictatorem esse factum. Id. ib. 16.

Tibi verò, frater, neque hortanti deero, neque roganti. Id. Or. 1. 1.

Eunti mihi Antium, et gladiatores Metelli cupidè relinquenti venit obviàm tuus puer. Id. Att. 2. 1.

Cæsari ex Hispania redeunti obviàm longissimè processisti. Id. Phil. 2. 32.

P. Cuando la persona que hace de la primera oracion, no entra en la segunda en caso alguno, ¿cómo se ha de hacer una oracion de estando?

R. Por *ablativo* llamado *oracional* ó *absoluto*: esto es, se pone en ablativo la persona que hace de la primera oracion y se concierta con ella el participio de presente de la misma en género, número y caso; luego se pone el régimen del participio; y finalmente, se repite la segunda oracion: v. g. Estando tú durmiendo, yo velaba: *Cùm tu dormires, ego vigilabam.* Ablativo absoluto: *Te dormiente, ego vigilabam.*

Ejemplos de autores clásicos.

Appropinquante morte, multò est divinior (anima). Cic. Div. 1. 30.

Inspectantibus vobis, toto Capitolio tabulæ figebantur. Id. Phil. 2. 36.

Maximas vittutes jacere omnes necesse est, voluptate dominante. Id. Fin. 2. 35.

Ego cautiùs posthac historiam, te audiente, attingam. Id. Cl. Or.

Mettus in paludem sese, strepitu sequentium trepidante equo, conjecit. Liv. 1. 12.

Adviértase, que á veces se encuentran ablativos absolutos, siendo uno mismo el nominativo de ámbas oraciones; mas esto no debe imitarse fácilmente.

P. Cuándo, y cómo se hacen las oraciones de estando por *gerundio ablativo?*

R. Cuando la primera oracion significa el *modo* con que se hace ó se consigue aquello de que habla la segunda oracion; y tambien cuando la persona que hace tácita ó espresa de ámbas oraciones, es una misma: y se hacen poniendo el verbo de la primera oracion en gerundio ablativo con el caso que rige, y repitiendo la segunda oracion: v. g. Nosotros llorando pasamos las horas: *Nos flendo ducimus horas.* Virg. Æn. 6. 539. Estudiando se aprende: *Studendo discitur.*

Ejemplos de autores clásicos.

Alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt, alia volando, alia nando. Cic. Nat. D. 2. 47.

Animi exercitando levantur. Id. Sen. 11.

Multi patrimonium effuderunt, inconsultè largiendo. Id. Offic. 2. 15.

Cretum quidem leges, itemque Lycurgi laboribus erudiunt juventutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Id. Tusc. 2. 14.

Deliberando sæpe perit occasio. P. Syr. Sent.

Nimium altercando, veritas amittitur. Id. ib.

Vigilando, agendo, bene consulendo, prosperè omnia cedunt. Sall. Catil. 56.

Tu pulmentaria quære sudando. Hor. Sat. 2. 2. 20.

Maritimos prædones consectando, mare tutum reddidit. Nep. Them. 2.

Memoria excolendo, sicut alia omnia, augetur. Quintil. 2. 5.

Lumbi sedendo, et oculi spectando dolent. Plaut.

P. Cuándo, y cómo se podrán hacer las oraciones de estando por *gerundio acusativo* con la preposicion *inter?*

R. Cuando la primera oracion denota *el espacio de tiempo* en que se hace una cosa; ó cuando la *accion* de los dos verbos es *simultánea*; ó lo que es lo mismo, cuando admite bien el romance *mientras que:* y se hacen poniendo el verbo de la primera oracion en gerundio acusativo con *inter,* y en seguida el caso regido del verbo; y se repite la segunda oracion. v. g. Estando tú oyendo misa, ó mientras que tú oías misa, rezabas: *Cùm tu audires sacrum, orabas.* Gerundio acusativo: *Tu inter audiendum sacrum orabas.*

Ejemplos de autores clásicos.

Ipse inter spoliandum corpus hostis, veruto percussus inter primam curationem expiravit. Liv. 2. 20.

Mores (puerorum) se inter ludendum simpliciùs detegunt. Quintil. 1. 3.

Inter agendum Occursare capro, cornu ferit ille, caveto. Virg. Ecl. 9. 24.

Sulpitio inter sacrificandum apex è capite prolapsus sacerdotium abstulit. Val. Max. 1. 1.

Nota. Si el verbo de la primera oracion fuese *sum*, *es*, *fui*, ademas de hacerse por indicativo y subjuntivo, con la correspondiente partícula, se podrá variar de uno de los modos siguientes: 1.° Si el nominativo antes del verbo entra en la segunda, se podrá hacer callando la partícula y el verbo *sum:* v. g. Siendo Conon Almirante de armada, hizo grandes cosas por mar: *Cùm Conon esset præfectus classis, res magnas mari gessit. Conon præfectus classis res magnas mari gessit.* Nep. Con. 1.

2.° Si dicho nominativo no entra en la segunda, se suprimen la partícula y el verbo *sum,* y se ponen los dos nominativos de la primera oracion en ablativo con la preposicion *sub* tácita ó espresa (especialmente si el ablativo denota *imperio*, *dignidad* ú *oficio)*, y despues se repite la segunda oracion: v. g. Siendo Emperador César Augusto, nacio Cristo: *Cùm Cœsar Augustus esset Imperator*, *natus est Christus. Sub Cæsare Augusto Imperatore, natus est Christus.*

Ejemplos de autores clásicos.

Defendi rempublicam adolescens, non deseram senex. Cic. Phil. 2. 46.

Non ignara mali miseris sucurrere disco. Virg. Æn. 1. 630.

Sepulcri immemor struis domos. Hor. Od. 2. 18.

Ego adolescentulus initio, sicuti plerique à stu-

dio ad rempublicam latus sum. Sall. Catil. 1.

Mihi studium fuit adolescentulo rempublicam capessere. Id. Cæs. 2. 1.

Ennius, Cæpione et Philippo iterum consulibus, mortuus est. Cic. Sen. 5.

Quæ, auctore te, velle cœpi, adjutore, assequar. Id. Att. 5. 5.

Bellum Gallicum, C. Cæsare imperatore, gestum est. Id. Prov. cons. 13.

Hæreditate tibi, me vivo, mea pecunia venire non potuit. Her. 4. 29.

Non potes effugere hujus culpæ pœnam, te patrono. Q. Cic. Fam. 16. 26.

Sub te tolerare magistro Militiam et grave Martis opus, tua cernere facta Assuescat. Virg. Æn. 8. 515,

Sæpe ego correxi, sub te censore, libellos. Ovid. Pont. 4. 12.

Contigit hoc nullo, nisi te sub principe, Cæsar, Cùm duo pugnarent, victor uterque fuit. Mart. spect. Epig. 28.

Multi, incerto præ tenebris quid aut peterent, aut vitarent, fædè interierunt. Liv. B. P. 8.

Priverni sereno per diem totum rubrum solem fuisse nunciabatur. Id. 31. 12.

Nota. Los romances de presente de infinitivo con determinantes de *oír*, *ver* ó *sentir*, se pueden hacer en latin de dos modos como en castellano: 1.° por presente de infinitivo: v. g. Yo te vi correr: *Vidi te currere:* 2.° por participio de presente: v. g. *Vidi te currentem.*

Ejemplos de autores clásicos.

Ut dicere Antiochum audiebas. Cic. Tusc. 5. 3.

Socratem audio dicentem, cibi condimentum esse famem, potionis sitim. Id. Fin. 2. 28.

Non enim audivit Alexander draconem loquentem, sed est visus audire. Id. Div. 2. 68.

Æneas concursu accedere magno Anthea Sergestumque videt. Virg. Æn. 1. 509.

Video rure redeuntem senem. Ter. Eun. act. 5.

Bacchum in remotis Carmina rupibus Vidi docentem. Hor. Od. 2. 19.

ORACIONES DE HABIENDO,

(Ó DE GERUNDIO DE PRETÉRITO).

CAPITULO I.

P. En qué se conocen las oraciones de *habiendo?*

R. En uno de estos romances: *habiendo amado, habiendo sido, en habiendo oido, en amando, en leyendo, escrita la carta, despues de escribir, despues de haber leido, al haber visto, cuando vi, cuando acabé de escribir, cuando haya leido, asi que hube leido,* y otros semejantes. A estas se reducen varias partículas que vienen con oraciones de la segunda voz de infinitivo, como son: *al, con, sin, para,* etc., cuando equivalen al gerundio de pretérito.

P. Cuántas oraciones traen las de habiendo?

R. Dos, como las de estando (pág. 99).

P. Con qué partícula, y por qué tiempos se hacen las de habiendo?

R. Hácense con la partícula *cùm, ubi,* ó con alguna otra por el pretérito perfecto ó pluscuamperfecto de subjuntivo; y por los mismos tiempos de indicativo con una de las partículas dichas, ó

con una de las siguientes: *postquam, posteaquam, simul, simul ac, simul atque, ut, protinus ut, mox ut, ut primùm, cùm primùm, ut semel, ubi semel, cùm semel, statim ac, statim atque*, etc.

P. Cuándo se hará una oracion de habiendo por el pretérito perfecto de subjuntivo, ó de indicativo?

R. Ordinariamente cuando el verbo de la segunda oracion habla de presente ó de futuro imperfecto?

P. Cuándo se hará por el pluscuamperfecto de subjuntivo ó de indicativo?

R. Ordinariamente cuando el verbo de la segunda oracion habla de un tiempo que no sea ni presente ni futuro imperfecto.

Adviértase de paso, que cuando la segunda habla de presente, puede hacerse la primera por subjuntivo ó indicativo; mas cuando habla de futuro, solo por subjuntivo.

P. Cómo se hacen las oraciones de habiendo?

R. Del modo siguiente: se pone primero la partícula conveniente y el *supuesto* de la primera oracion; luego se mira en qué tiempo se ha de poner el primer verbo, y todo lo demas sigue el órden de las de *estando:* v. g. Habiendo nosotros vencido á los enemigos, gozamos de mucha paz: *Cùm nos vicerimus hostes, multâ pace perfruimur.* Indicativo: *Ut vicimus hostes, multâ pace perfruimus.*—Habiendo David derribado á Goliat, le degolló: *Cùm David prostravisset Goliam, jugulavit illum.* Indicativo: *Postquam David prostraverat Goliam, jugulavit illum.*

Ejemplos de autores clásicos.

Ego, cùm Romam venero, nullum prætermittam Cæsaris tabellarium, cui litteras ad te non dem. Cic. Q. Fr. 2. 13.

Cùm autem Carthaginem deleveris, triumphum egeris, censorque fueris, et obieris legatus Ægyptum, Syriam, Asiam, Græciam, deligere iterum consul absens, bellumque maximum conficies, Numantiam exscindes. Id. Somn. Scip.

Cùm eris curru Capitolium invectus, offendes rempublicam perturbatam consiliis nepotis mei (T. Gracchi). Id. ib.

Dixeris maledicta cuncta, ingratum cùm hominem dixeris. P. Syr.

Frustra, cùm ad senectam est ventum, repetas adolescentiam. Id.

Cùm semel occideris, non genus, non te facundia, non te restituet pietas. Hor. Od. 4. 7.

Simul aliquid audiero, scribam ad te. Cic. Att. 8. 11.

Falsi amici sereno vitæ tempore præsto sunt; simul atque hienem fortunæ viderint, devolant omnes. Her. 4. 48.

Ubi semel quis pejeraverit, ei credi postea, etiamsi per plures Deos juret, non oportet. Cic. Rab. Posth. 13.

Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cùm attulissent, repudiati ab eo sunt. Id. Sen. 16.

Darius in fuga, cùm aquam turbidam, et cadaveribus plenam bibisset, negavit unquam se bibisse jucundiùs. Id. Tusc. 5. 34.

Pythagoras, quum in geometria quiddam novi invenisset, Musis bovem immolasse dicitur. Id. Nat. D. 3. 36.

Tarquinius, cùm restitui in regnum nec Vejentium, nec Latinorum armis potuisset, Cumas se contulisse dicitur, in eaque urbe senio et ægritudine esse confectus. Id. Tusc. 3. 12.

L. Manlio, cùm dictator fuisset, M. Pomponius, tribunus plebis diem dixit, quòd is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset. Id. Offic. 3. 31.

Scipio Nasica cùm ad poetam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti Ennium ancilla dixisset domi non esse, sensit illum intus esse. Id. Or. 2. 68.

Undecimo die postquam à te discesseram, hoc litterularum exaravi, egrediens è villa ante lucem. Id. Att. 12. 1.

Socrates, cùm apud Delium malè pugnatum esset, Lachete prætore, fugeretque cum ipso Lachete; ut ventum est in trivium, eadèm quà cæteri, fugere noluit. Id. Div. 1. 54.

Ajax in silva, postquam rescivit, quæ fecisset per insaniam, gladio incubuit. Her. 1. 11.

Qui fortunis alicujus inducti amicitiam ejus secuti sunt, hi, simul ac fortuna dilapsa est, devolant omnes. Id. 4. 17.

Postquam apud Cadmeam pugnari cum Lacedæmoniis cæpit, in primis stetit (Epaminondas). Nep. Epam. 10.

Callicratidas, cùm Lacedemoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello, multaque fecisset egregiè, evertit ad extremum omnia, cùm consilio non paruit eorum qui classem ab Arginussis removendam, nec cum Atheniensibus dimicandum putabant. Cic. Offic. 1. 24.

Post sensim incedens, judices ut vidit ardentes, exultavit audacius. Id. Or. 8.

Hæc posteaquam acta et constituta sunt, procedit iste repente ex prætorio. Id. Verr. 7. 41.

Postea verò quàm profectus, velim recordere, quæ ego de te in senatu egerim. Id. Fam. 5 2.

Carmina cùm primùm populo juvenilia legi, Barba resecta mihi bisve semelve fuit. Ovid. Trist. 4. 10.

Ubi percepta est brevis et non vera voluptas, Pejor ab admonitu fit status iste boni. Id. Pont. 1. 2.

Ubi cupido divitiarum invasit, neque disciplina, neque artes bonæ neque ingenium ullum satis pollet. Sall. Cæs. 2. 7.

Ubi pro labore desidia, pro continentia et æquitate lubido atque superbia invasere, fortuna simul cum moribus immutatur. Id. Cat. 2.

Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo Atticum futurum putàrat. Nep. Att. 10.

Philippus, ut heri me salutavit, statim Romam profectus est. Cic. Att. 12. 1.

Ut ab urbe discessi, nullum prætermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem. Id. ib. 7. 15.

Ut semel è Piræo eloquentia evecta est, omnes peragravit insulas. Id. Brut. 13.

Ut primùm Oppiniacus, quid sibi impenderet, cæpit sibi suspicari, statim se ad hominis egentis Staleni familiaritatem applicavit. Id. Cluen. 24.

Simul inflavit tibicen, carmen agnoscitur. Id. Acad. 4. 27.

Simul ac mihi collibitum est, præstò est imago. Id. Nat. D. 1. 38.

Omne animal, simul ut ortum est, et se ipsum, et omnes partes suas diligit. Id. Fin. 2. 11.

Simul atque increpuit suspicio tumultus; artes illico nostræ contiscescunt. Cæs. B. C. 1.

Ubi galli cantum audivit, avum suum revixisse putat. Cic. Pis. 27.

CAPITULO II.

ORACIONES DE HABIENDO POR PARTICIPIO.

P. Por qué participio, y cuándo se hacen las oraciones de habiendo?

R. Hácense por participio de pretérito, cuando la persona que padece de la primera oracion entra en la segunda.

P. Cómo se hará por participio una oracion de habiendo?

R. Se quita la partícula, y se repite la segunda oracion hasta el caso inclusive, en que la persona que padece de la primera entra en ella; se concierta con este caso el participio de pretérito sacado del verbo de la primera oracion; y finalmente se pone la persona que hace, ó un pronombre que se refiera á ella, en ablativo con *à* ó *ab:* v. g. Habiendo los Galos tomado á Roma, la incendiaron: *Cùm Galli expugnavissent Romam, incenderunt illam.* Participio: *Galli incenderunt illam* (Romam) *expugnatam ab ipsis.*

Ejemplos de autores clásicos.

Dionysius Tyrannus Syracusis expulsus Corinthi pueros docebat. Cic. Tusc. 3. 12.

Diu vexati à perditissimis civibus, aliquando per vos, ac vestram fidem, virtutem, sapientiamque recreemur. Id. Mil. 2.

Themistocles testularum suffragiis è civitate ejectus, Argos habitatum concessit. Nep. Them. 8.

Potitii ab Evandro edocti antistites sacri ejus (Herculis) per multas ætates fuerunt. Liv. 1. 7.

Marcellus perterritus conviciis à sua sententia

discessit. Cæs. B. C. 1. 2.

Adviértase que, cuando el verbo de la primera oracion es deponente, ú otro que tenga el pretérito como tal, no se atiende á la persona que padece, sino á la que hace, como ya se notó tambien en las de relativo. En este caso, si la persona que hace entra en la segunda, se hace concertar con ella el participio de pretérito sacado del verbo de la primera oracion, y despues se repite la persona que padece, ú otro caso regido de este verbo: v. g. Habiendo los Santos imitado á Cristo, consiguieron la gloria: *Cùm Sancti imitati fuissent Christum, impetraverunt gloriam.* Participio: *Sancti imitati Christum impetraverunt gloriam.*

Ejemplos de autores clàsicos.

Ille autem me complexus, atque osculans flere prohibebat. Cic. Somn. Scip.

Ego Curionem nactus omnia me consecutum putavi. I.

Calanus Indus, indoctus ac barbarus, in radicibus Caucasi natus, sua voluntate vivus combustus est. Id. Tusc. 2. 4.

Mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus (Numa), Janum ad infimum Argiletum, indicem pacis bellique fecit. Liv. 1 19.

Illi (Afranius et Petreius) non diu commorati, longiùs ab infimo colle progressi, copias in castra reducunt. Cæs. B. C. 1. 19.

Rex extraordinario periculo defunctus incolumes suos reduxit in castra. Curt. 4. 16.

Hidrieus regno potitus, et sine sobole mortuus Adæ (uxori suæ) reliquit imperium. Id. 2. 8.

Ipse (Darius) ingens spatium fuga emensus me-

dia fere nocte Arbela pervenit. Id. 4. 16.

P. Si la persona que padece de la primera oracion, no entra en la segunda, de qué modo se podrá variar la oracion de habiendo?

R. Por *ablativo oracional* ó *absoluto;* esto es, poniendo la persona que padece de la primera oracion en ablativo y el participio de pretérito sacado del verbo de la misma concertado con ella en genero, número y caso, y la persona que hace, ó un pronombre que á ella se refiera en ablativo con *à* ó *ab;* y repitiendo la segunda oracion: v. g. Habiendo César conquistado la Galia, hizo guerra á los Romanos: *Cùm Cæsar devicisset Galliam, bellum Romanis intulit.* Ablativo absoluto: *Cæsar, devictâ Galliâ* (à se), *bellum Romanis intulit.*

Ejemplos de autores clásicos.

Principiis cognitis, multò faciliùs extrema cognoscetis. Cic. Cluen. 4.

Democritus, luminibus amissis, alba scilicet, et atra discernere non poterat. Id. Tusc. 5. 39.

Neque enim Tarquinio expulso, majoribus tam fuit optata libertas, quàm est, repulso Antonio, retinenda nobis. Id. Phil. 3. 123.

Horatius, occisis tribus Curiatiis, et duobus amissis fratribus, domum se victor recepit. Id. Inv. 2. 26.

Omni timore deposito, debemus liberè reipublicæ consulere. Id. Fam. 11. 23.

Tum interrex, concione advocata, "Quod bonum, faustum, felixque sit," inquit, "Quirites, regem create; ita Patribus visum est." Liv. 1. 17.

Mortuo Tullo, Ancum Marcium regem populus creavit. Id. 1. 11.

Bello Sabino perfecto, Tarquinius Priscus triumphans Romam rediit. Id. 1. 15.

Placato possum non miser esse Deo. Ovid. Trist. 1. 3.

Conversis studiis, ætas animusque virilis quærit opes et amicitias. Hor. Pison. 166.

Occidit, occidit spes omnis et fortuna nostri nominis, Hasdrubale interempto. Id. Od. 4. 4.

Persarum rex Darius, ex Asia in Europam exercitu trajecto, Scythis bellum inferre decrevit. Nep. Milt. 3.

Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus accessit Astu. Id. Them. 4.

NOTA 1.ª Hállanse tambien algunas veces estas oraciones hechas por *acusativo* con la preposicion *post* en lugar de *ablativo absoluto;* esto es, se pone en acusativo con la preposicion *post* el participio de pretèrito concertado con la persona que padece, y si el verbo es deponente, con la que hace; y se repite la segunda oracion: v. g. *Cæsar, post Galliam devictam, bellum Romanis intulit.*

Ejemplos de autores clásicos.

Annis fere quingentis decem post Romam conditam, Livius fabulam dedit. Cic. Tusc. 1. 1.

Virginius, sexagesimo anno post libertatem receptam, virginem filiam sua manu occidit. Id. Fin. 2. 20.

Post captam direptamque Romam ab Gallis, incesserat Romanæ plebi cupido Veios migrandi. Liv. 4. 5.

Causa enim est post urbem conditam hæc inventa sola, in qua omnes sentirent unum atque idem. Cic. Catil. 4. 7.

Nos, post reges exactos, servitutis oblivio ceperat. Id. Phil. 3. 4.

Bis deinde post Nomæ regnum clausus fuit (Janus): semel T. Manlio consule, post Punicum primum perfectum bellum; iterum post bellum Actiacum, ab Imperatore Cæsare Augusto, pace terrâ marique partâ. Liv. 1. 19.

2.ª Los gerundios en *ando* ó en *endo*, como *amando, leyendo, oyendo, enseñando*, etc., solos ó precedidos de la partícula *en*, pueden ser oraciones de *estando* ó de *habiendo*: serán de *estando*, cuando la oracion primera pide ejecutarse al mismo tiempo que la segunda, ó cuando se le puede añadir sin mudar de sentido el romance *estando*: v. g. Irritándome tú con injórias, yo callaba: *Cùm tu lacesseres me maledictis, ego tacebam*. Será de *habiendo*, cuando la oracion primera no pide ejecutarse al mismo tiempo que la segunda, ó cuando se le puede añadir sin variar de sentido el romance *habiendo*: v. g. En guardando los mandamientos, conseguirás la gloria eterna: *Cùm servaveris mandata, consequeris gloriam æternam*.

3.ª Cuando el verbo de la primera oracion de *habiendo* es impersonal, suele hallarse á veces puesto el participio de pretérito en la neutra terminacion del ablativo del singular sin nombre ni pronombre con quien concierte; porque entonces tiene lugar de nombre toda la oracion siguiente por la figura *enalage*: v. g. Habiéndose oído que el Rey se dirigia á Sicilia, etc.: *Cùm auditum esset Regem in Siciliam tendere*, etc. Ablativo absoluto: *Audito Regem in Siciliam tendere*, etc. Sall. Donde la oracion de infinitivo está en lugar de nombre, que concierta con el participio *Audito*; id est, *Audito itinere Regis*.

Ejemplos de autores clásicos.

Inde consul ad Pulvinum est progressus, nondum comperto, quam regionem hostes petiissent. Liv. B. M. 1.

Alexander audito Darium movisse ab Ecbatanis,... fugientem insequi pergit strenuè. Curt. 5. 13.

In amnis transgressu multùm certato, pervicit Bardanes. Tac. 11. 10.

Audito castellum Luppiæ obsideri, sex legiones eò duxit. Id. 2.

4.ª Las oraciones de *estando* y de *habiendo* equivalen muchas veces á las de relativo; y entonces se podrán hacer aquellas como estas, y vice versa.

ORACIONES DE ESTANDO PARA Y HABIENDO DE,

(Ó DE GERUNDIO DE FUTURO).

CAPITULO I.

P. En qué se conocen, y cómo se hacen las oraciones de *estando para* y *habiendo de?*

R. Conócense en el romance *estando para leer, estando para escribir,* etc.; *habiendo de leer, habiendo de escribir, en vez de oír, en lugar de amar, debiendo decir, para no estudiar,* etc.: y se hacen como las de *estando* (pág. 96), pero en activa con futuro en *rus,* y en pasiva con futuro en *dus* y tiempo de *sum, es, fui:* v. g. Estando el general para dar la batalla, animaba á los soldados: *Cùm imperator commissurus esset prælium, excitabat milites.* Pasiva: *Cùm prælium committendum esset ab imperatore, milites excitabantur ab eo.*—

Habiendo tú de alabar la virtud, ó en vez de alabar la virtud, haces burla de ella: *Cùm tu laudaturus sis virtutem, illudis ei.* Pasiva: *Cùm virtus laudanda sit à te, illudis ei.*

Ejemplos de autores clásicos.

Cùm tibi permissurus essem, ut faceres, quod velles; ego ipse, quid vellem, ostenderem. Cic. Q. Fr. 2. 15.

Sit enim hæc judicatio, quam ante exposuimus: "Cum omnes perituri milites essent, nisi ad hanc pactionem venissent, utrùm satiùs fuerit perire milites, an ad hanc pactionem venire. Id. Inv. 2. 25.

Sic cogitabam, quum contra dicturus esset Hortensius, et quum esset attentè auditurus Philippus, fore, uti permultis in rebus timore prolaberer. Id. Quint. 24.

Cùm L. Saturninus legem frumentariam de semissibus et trientibus laturus esset, Cæpio docuit senatum, ærarium pati non posse largitionem tantam. Her. 1. 12.

(Adulti liberi Macedonum) acceptos ab agasonibus equos, cùm rex ascensurus esset, admovebant. Curt. 8. 6.

At tibi, (Alexander), XXX millia mulorum captivum aurum vehunt, cùm milites nihil domum præter gratuitas cicatrices relaturi sint. Id. 8. 7.

Quum pro vallo pugnandum erat, castra tradiderunt, neque in acie neque in castris utiles. Liv. 22. 60.

Quæ potest in vita esse jucunditas, cùm dies et noctes cogitandum sit, jam jamque esse moriendum? Cic. Tusc. 1. 7.

CAPITULO II.

ORACIONES DE ESTANDO PARA Y HABIENDO DE POR PARTICIPIO.

P. Por qué participio, y cómo se hacen las oraciones de *estando para* y *habiendo de?*

R. Cuando la persona que hace de la primera oracion entra en la segunda, se hacen por participio de futuro en *rus*, quitando la partícula y *sum, es, fui*, y concertándolo con la persona que hace; mas cuando entra la que padece, por el participio de futuro en *dus*, empezando por la segunda oracion, la cual repetida, el futuro en *dus* del verbo de la primera oracion concierta con la persona que padece en el caso en que se hallaba en la segunda, y la que hace se pone en ablativo con *à* ó *ab*: v. g. *Cùm tu laudaturus sis virtutem, illudis ei*. Participio de futuro en *rus*: *Tu laudaturus virtutem, illudis ei*. Participio de futuro en *dus*: *Illudis ei (virtuti), laudandæ à te.*

Ejemplos de autores clásicos.

Elephantes amnem transituri minimos præmittunt. Plin. Hist. 11. 16.

Rex, Persidis fines aditurus Susa urbem Archelao et præsidium III millium tradidit. Curt. 5. 2.

Jamque Susa adituro (Alexandro), Abulites, regionis ejus præfectus,... filium obviàm misit, traditurum se urbem promittens. Id. ib.

Mille navigiis aditurus (Alexander) Oceanum, discordes et vetera odia retractantes Porum et Taxilem, Indiæ reges,... reliquit in suis regnis. Id. 9. 3.

Fenerator Alphius, jam jam futurus rusticus

omnem relegit idibus pecuniam; quærit Kalendis ponere. Hor. Epod. 2.

Adloquor extremum mœstos abiturus amicos. Ovid. Trist. 1. 3.

Mater Hyan, et Hyan mœstæ flevere sorores, Cervicemque polo suppositurus Atlas. Id. Fast. 5. 3.

P. Cuándo, y cómo se hacen estas oraciones por *ablativo absoluto?*

R. Cuando ni la persona que hace ni la que padece entran en la segunda, poniendo en ablativo la persona que hace y concertando con ella el participio de futuro en *rus;* ó la persona que padece, y concertando con ella el participio de futuro en *dus:* v. g. Estando yo para explicar las reglas, tú jugabas: *Cùm ego explicaturus essem præcepta, tu ludebas.* Ablativo absoluto: *Me explicaturo præcepta, tu ludebas,* vel *præceptis à me explicandis, tu ludebas.*

Ejemplos de autores clásicos.

Antiochus securus admodum de bello Romano erat, tanquam non transituris in Asiam Romanis. Liv. 36. 41.

Rex apum, nisi migraturo agmine, foras non procedit. Plin. Hist. 11. 16.

Cæsare venturo, Phosphore, redde diem. Mart. 8. 21.

Ceterùm propalam comprehendi Darium non poterat, tot Persarum millibus laturis opem regi. Curt. 5. 10.

Quippe alios in stationem oportebat prima luce succedere; ipsorum post VII dies reditura vice. Id. 8. 6.

Mas estas oraciones, raras veces se encuentran hechas por ablativo absoluto.

ORACIONES DE HABIENDO DE HABER, (Ó DE GERUNDIO MISTO.)

CAPÍTULO ÚNICO.

P. Cómo se hacen las oraciones de *habiendo de haber?*

R. Hácense en todo como las de habiendo (pág. 106), pero con futuro en *rus* en activa, y con futuro en *dus* en pasiva, y tiempo de *sum, es, fui:* v. g. Habiendo de haber el artífice acabado la obra, aun no la ha comenzado: *Cùm artifex perfecturus fuisset opus, nondum inchoavit illud.* Pasiva: *Cùm opus perficiendum fuisset ab artifice, nondum illud inchoatum fuit ab eo.*

Nótese que estas oraciones no se hacen por participio, porque no hay participios que correspondan exactamente á los romances de dichas oraciones.

ORACIONES FINALES.

CAPITULO ÚNICO.

P. En qué se conocen las oraciones *finales?*

R. En que denotan el *fin* ó *intento* con que se hace alguna cosa, y traen uno de estos romances: *á, á que, para que, á fin de, á fin de que, con fin de, con fin de que, por, porque,* y otros semejantes.

P. De cuántas oraciones constan las finales?

R. De dos: cada una de las cuales puede ser de *sum, es, fui,* de activa, de pasiva, ó de infinitivo. La una se llama *determinante* ó *primera;* y la otra *determinada* ó *segunda,* y es aquella en que viene el *romance final.*

P. Cómo se hacen las oraciones finales?

R. Por el modo comun á todas ellas hácense poniendo el verbo en el presente ó pretérito imperfecto de subjuntivo (siguiendo la regla de las oraciones de *estando* pág. 96) con una de estas partículas: *ut, uti, quo;* ó con *ne, ut ne, ut non* y *quominus*, si lleva negacion; ó con el relativo *qui, quæ, quod,* concertado con la persona que hace: v. g. Cristo vino á, ó para redimir á los hombres: *Christus venit, ut,* vel *quo,* vel *qui redimeret homines.*—Temamos á Dios para no perdernos: *Timeamus Deum, ne,* vel *ut non pereamus.*

Mas si la persona que hace de ámbas oraciones, es una misma, hácense tambien por los modos siguientes:

1.° Con uno de estos ablativos *causâ* ó *gratiâ,* antepuesto ó pospuesto, ó con la conjuncion *ergo* (por *causâ)* pospuesta al *gerundio genitivo,* poniendo despues el caso del gerundio, si lo tiene: v. g. *Christus venit causâ* vel *gratia redimendi,* vel *redimendi ergo homines.*

2.° Por *gerundio acusativo* con *ad:* v. g. *Christus venit ad redimendum homines.*

3.° Por *supino* en *um,* cuando el verbo de la primera oracion es de *movimiento,* como *ir, venir, caminar, subir, bajar,* etc.: v. g. *Christus venit redemptum homines.*

4.° Por participio de futuro en *rus* concertado con la persona que hace: v. g. *Christus venit redempturus homines.*

5.° Poniendo el verbo en la primera voz de infinitivo; pero de este modo, que es construccion griega, usan ménos los prosistas que los poetas: v. g. *Christus venit redimere homines.*

Ejemplos de autores clásicos.

Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse, et didicisse Pythagorea omnia. Cic. Tusc. 1. 17.

Pergite, ut facitis, adolescentes, atque in id studium, in quo estis, incumbite; ut et vobis honori, et amicis utilitati, et reipublicæ emolumento esse possitis. Id. Or. 1. 8.

Diu apparandum est bellum, ut vincas celeriús. P. Syr. Sent.

Esse oportet, ut vivas; non vivere, ut edas. Her. 4. 28.

Ego vos, quo pauca monerem, advocavi. Sall. Catil. 58.

Quó sis, Africane, alacrior ad tutandam rempublicam, sic habeto. Cic. Somn. Scip.

Non sunt omnia committenda fortunæ, ne magnam nimis in nos habeat dominationem. Her. 4. 19.

Angustias Themistocles, quærebat, ne multitudine circumiretur. Nep. Them. 3.

Nemini civi, ulla, quominus adesses, juxta excusatio est visa. Cic. Pis. 15.

Is ad me litteras misit, te uti placarem sibi. Cic. Fam. 131.

Quæ religio C. Mario non fuerat, quominus C. Glauciam prætorem occideret. Cic. Catil. 3. 6.

Nihil desideramus, quominus epirum ipsam possidere videamur. Id. Att. 2. 4.

Non exprobandi causa, sed commonendi gratia dicam. Id. Sext. Rosc. 16.

Constituendi municipii causa, hoc anno ædilem filium meum fieri volui. Id. Fam. 13. 11.

Multa sæpe ad te cohortandi gratia scripsimus. Id. Offic. 3. 2.

Pythagoreorum more excercendæ memoriæ gratia, qnid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi. Id. Sen. 11.

Spectandi ludos gratià magna Volscorum multitudo Romam convenit. Val. Max. 7. 3.

Nullo loco deero neque ad consolandum neque ad levandum fortunam tuam. Cic. Fam. 5. 17.

Nunc ades ad imperandum, vel ad parendum potius: sic enim antiqui loquebantur. Id. ib. 9. 25.

Nunc contra plerique ad honores adipiscendos, et ad rempublicam gerendam nudi veniunt, atque inermes. Id. Or. 3.

Ad Eumenem Olympias, mater quæ fuerat Alexandri, litteras et nuntios misit in Asiam consultum, utrùm repetitum Macedoniam veniret. Nep. Eum. 6.

Fortuna, quum blanditur, captatum venit. P. Syr. Sent.

Venimus huc lapsis quæsitum oracula rebus. Virg. Georg. 4. 449.

Lusum it Mæcenas: dormitum ego, Virgiliusque. Hor. Sat. 1. 5.

Alexander ad Jovem Hammonem pergit consulturus de origine sua. Justin. 11. 11.

Bessus circumferri merum largius jubet debellaturus super mensam Alexandrum. Curt. 7. 4.

Docebo nos non auri aut argenti cupidos, sed orbem terrarum subacturos venisse. Id. 8. S.

Ingens militum turba convenerat egregio interfutura certamini, testis eadem cujusque factorum et de judicibus latura sententiam. Id. 5. 2.

Ad hoc discrimen procedunt postero die duorum opulentissimorum populorum duo longè clarissimi duces (Scipio et Annibal), duo fortissimi exercitus multa ante parta decora aut cumulaturi eo die, aut eversuri. Liv. 30. 32.

Non nos aut ferro Lybicos populare Penates Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas. Virg. Æn. 1. 531.

Proteus pecus egit altos visere montes. Hor. Od. 1. 2.

Vultis eamus visere? Ter. Phorm. 1. 2.

Si la persona que padece de ámbas oraciones es una misma, se hacen tambien las finales con mucha elegancia por participio de futuro en *dus* concertado con la misma persona que padece, segun se vé en los siguientes

Ejemplos de autores clásicos.

Tradamus nos ei (philosophiæ) curandos. Cic. Tusc. 3. 6.

Iphigenia Aulide duci se immolandam jubet. Id. ib. 1. 49.

Plerique, quòd tenere atque servare id, quod statuerunt, non possunt, victi et debilitati, objecta specie voluptatis, tradunt se libidinibus constrigendos. Id. Fin. 1. 14.

Attribuit (Gracchus) nos trucidandos Cethego, ceteros cives interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Cassio, totam vastandam diripiendamque Catilinæ. Id. Catil. 4. 6.

Dedit mihi (Cicero tuus) epistolam legendam tuam. Id. Q. Fr. 3. 1.

Antigonus Eumenem mortuum propinquis ejus sepeliendum tradidit. Nep. Eum. 13.

Diomedon cyzicenus rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat. Nep. Epam. 4.

Gladiatores notos, sicubi infestis spectatoribus dimicarent, vi rapiendos, reservandosque mandabat.

Suet. vit. Cœs. c. 26.

Algunas veces se encuentran oraciones finales hechas por los modos particulares mencionados, aunque no sea una misma la persona que hace ni la que padece de ambas oraciones, como se vé en los siguientes

Ejemplos de autores clàsicos.

Pauca supra repetam, quò ad cognoscendum omnia illustria magis, magisque in aperto sint. Sall. Jug. 5.

Missi sunt delecti cum Leonida Lacedæmoniorum rege, qui Thermopylas occuparent. Nep. Them. 2.

Ex consilio Patrum Romulus legatos circa vicinas gentes misit, qui societatem connubiumque novo populo peterent. Liv. 1. 5.

Vejentes pacem petitum oratores Romam mittunt. Id. 1. 6.

Coriolanus damnatus absens in Volscos exulatum abiit. Id. 2.

Mater ades florum ludis celebranda jocosis. Ovid. Fast. 5. 3.

Censendi causa hæc frequentia convenit. Cic. Vec. 1. 18.

Puer Athenas erudiendi causa missus est. Id. 37.

Non vapulatum conductus sum. Plaut. Aul.

Nótese aqui el modo de volver los gerundios por pasiva. No se pueden volver si no llevan tras sí acusativo de persona que padece; cuando le llevan, póngase el acusativo en el mismo caso en que estaba el gerundio en activa, y conciértese con él el gerundio como se hace con los adjetivos: v. g. *Christus venit ad redimendum homines.* Pasiva:

Christus venit ad homines redimendos.—Ad reprehendendum, vel *ad reprehendenda aliena facta aut dicta ardet omnibus animus.* Sall. Cæs. 1. 11. —*Dabo operam quærendo Epidicum.* Pasiva: *Dabo operam Epidico quærendo.* Plaut. Epid. scen. 2. act. 2.—*Ut testimonium sic exemplum rem confirmandi*, vel *rei confirmandae causa sumitur.* Her. 4. 1.

ORACIONES CAUSALES.

CAPITULO ÚNICO.

P. En qué se conocen las oraciones *causales?*

R. En que vienen dos oraciones juntas, de las cuales la una explica la *causa* ó *motivo* de la otra, y llevan en la primera oracion uno de estos romances: *Por, por haber, para, para haber, porque, que, el, á causa de, con motivo de, ya que,* etc.

P. En qué se dividen, y cómo se hacen?

R. En *imperfectas* y *perfectas.* Las imperfectas llevan el Romance *por, porque, con, como,* etc., con tiempo de presente ó pretérito imperfecto, y se hacen como las de *estando* (pág. 96): las perfectas llevan el romance *por haber, para haber, con haber, como con motivo de haber*, etc., con tiempo de pretérito perfecto ó pluscuamperfecto, y se hacen como las de *habiendo* (pág. 106); unas y otras con la partícula *quod* ó *eo quod* por subjuntivo; y por indicativo con las mismas partículas, ó con *quia, quoniam, ideo, quod, namque, enim* pospuesta, etc.: v. g. Por leer los libros, los entiendo: *Quod*, vel *eo quod legam libros, intelligo illos.* Indicativo: *Quia lego libros, intelligo illos.* —Por haber sujetado Scipion al Africa, se llamó Africano: *Eo quod Scipio subegisset Africam, Africanus dictus est.* Indicativo: *Quoniam Scipio su-*

begerat Africam, Africanus dictus est.

Ejemplos de autores clásicos.

Præclarè epistolâ quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quòd largitione benevolentiam Macedonum consectetur. Cic. Offic. 2. 15.

Laudat Africanum Panætius, quòd fuerit abstinens. Id. ib. 2. 22.

Æschines in Demosthenem invehitur, quòd is septimo die post filiæ mortem hostias immolâsset. Id. Tusc. 3. 26.

T. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quòd is contra imperium in hostem pugnaverat, necari jussit. Sall. Catil. 2.

Egnatius, quòd candidos habet dentes, renidet usquequaque. Catull. 1. 40.

Hanc pecuniam quòd solvere in præsentia non poterat (Miltiades), in vincula publica conjectus est, ibique diem obiit supremum. Nep. Milt. 7.

Nares, eò quòd omnis odor ad supera fertur, rectè sursum sunt: et quòd cibi et potionis judicium magnum earum est, non sine causa vicinitates oris secutæ sunt. Cic. Nat. D. 2. 57.

Quoniam in populari ratione omnis nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse est. Id. Leg. 1. 6.

Quoniam sunt omnia commoda à patria accepta, nullum incommodum pro patria grave putandum est. Her. 4. 44.

Eclipses solis mirantur, quia rarò accidunt. Id. 3. 22.

Infelix operis summa, quia ponere totum Nesciet. Hor. Pison. 34.

Nunc, quia tributum ex privato conferendum est, tanquam in publico funere comploratis. Liv. 30. 44.

Tamen ei (Tulliæ) moriendum fuit, quoniam homo nata est. Sulp. Cic. Fam. 4. 5.

Ego, inquit, quòd te laudas vehementer, probo; namque hoc ab alio nunquam continget tibi. Phæd. fab. nov. 8.

Ad te ideo antea rariùs scripsi, quòd non habebam idoneum, cui darem. Cic. Att. 1. 13.

Putaret me idcirco discedere, quòd quosdam homines oculi mei ferre non possent. Id. ib. 9. 2.

Villa mihi valde placuit, propterea quòd summam dignitatem pavimentata porticus habebat. Id. Q. Fr. 3. 1.

Filium tuum, ad Brutum quum veni, videre non potui, ideo quód jam in hiberna cum equitibus erat profectus. Id. Fam. 12. 14.

Res mirabilis propterea quia non sæpe fit. Id. Div. 2. 22.

Ægri quia non omnes convalescunt, non idcirco nulla est medicina. Id. Nat. D. 2.

Theophrastus moriens accusase naturam dicitur, quòd cervis et cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset; hominibus, quorum maximè interfuisset, tam exiguam vitam dedisset. Id. Tusc. 3. 28.

Noctu ambulabat in publico Themistocles, quòd somnum capere non posset. Id. Sen. 18.

Quia mihi natalis est dies, propterea te vocarier ad cœnam volo. Plaut. Capt. sc. 2.

Quando ita tibi lubet, vale atque salve. Ter. Adelph. 2. 4.

Quando hoc bene successit, hilarem hunc sumamus diem. Id. ib.

His se, quando ultima cernunt (Dardanidæ), Extrema jam in morte parant defendere telis. Virg. Æn. 2. 446.

De grege non ausim quicquam deponere tecum:

Est mihi namque domi pater, est injusta noverca. Id. Ecl. 3. 32.

Quandoquidem tu istos oratores tantopere laudas, vellem, etc. Cic. Brut. 44.

Statuerunt sedes suas relinquere, quandoquidem agros jam ante istius injuriis exagitati reliquissent. Id. Ver. 4. 3.

Non quo libenter malè audiam, sed quia ego causam non libenter relinquo. Id. Or. 3. 75.

Non eo dico, C. Aquilli, quo mihi veniat in dubium tua fides et constantia, aut quo non in his, quos tibi advocasti, viris electissimis civitatis, spem summam habere P. Quintius debeat. Id. Quint. 2.

Neque eo nunc dico, quo quidquam illum senserim. Ter. Heaut. 3. 2. 43.

Atticus, qui civitatem conservatam cuperet, pecuniam numeravit de suo. Nep. Att.

Peccâse mihi videor, qui à te discesserim. Cic. 16. ep. 1.

Id ne accideret, magnopere præcavendum sibi Cæsar existimabat; namque omnium rerum, quæ ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas. Cæs. B. G. 1. 38.

Si illud est flagitiosum ob rem judicandam pecuniam accipere: quanto illud est flagitiosius, improbius, indignius, eum à quo pecuniam ob absolvendum acceperis, condemnare? Cic. Ver. 4. 32.

Constitui ad te venire, ut et viderem te, et viserem, et cœnarem etiam: non enim arbitror coquum etiam te arthriticum habere. Id. Fam. 9. 23.

Accepi ab Aristocrito tres epistolas, quas ego lacrymis propè delebi: conficior enim mœrore. Id. ib. 14. 3.

NOTA. Las *causales perfectas* se hacen á veces por participio de pretérito como las de *habiendo* (pág. 106), cuando la persona que padece de la

primera entra en la segunda: v. g. Por haber leido los libros, los entiendo: *Quod legerim libros, intelligo illos.* Participio: *Intelligo illos* (libros) *lectos à me.*—Mas cuando no entra, se ponen en acusativo el participio de pretérito y la persona que padece con la preposicion *ob* ó *propter:* v. g. *Ob Africam subactam, Scipio dictus est Africanus.*

ORACIONES CONDICIONALES.

CAPÍTULO ÚNICO.

P. En qué se conocen, y cómo se hacen las oraciones *condicionales?*

R. Se conocen en que dicen algo bajo *condicion*, y llevan en la primera oracion alguno de estos romances: *Si, con, como, con tal que, con condicion de que, con que, sino, á no ser que, sin, sin que, sino es que, en,* y otros semejantes. Se hacen, 1.° por *subjuntivo* (cuando llevan romance de subjuntivo en la primera oracion), poniendo el verbo en el tiempo de que habla con una de estas partículas: *si, modo, dum, dummodo, modo ut, si modo, quod si,* etc.; ó cuando la condicion es negativa, con *ni, nisi, si non, sin, sin autem, dum ne, modo ne, dummodo ne,* etc.; y la segunda oracion se hace siempre por el tiempo y modo de que habla. 2.° Se hacen por *indicativo* (cuando llevan romance de indicativo en la primera oracion), poniendo el verbo en el tiempo de que habla con la partícula *si*, ó cuando lleva negacion con *ni, nisi, sin,* ó *si non*; advirtiendo que, cuando el verbo habla de presente de indicativo ó subjuntivo, ó de futuro de subjuntivo, se puede poner en latin en cualquiera de estos tres tiempos, con la partícula correspondiente, ó en fu-

turo imperfecto con *si*, ó cuando lleva negacion con *nisi:* v. g. Si estudiaras, ó con tal que estudiaras, aprenderías: *Si studeres,* vel *modo studeres, disceres.*—Si estúdias, aprenderás: *Si studes,* vel *dummodo studeas,* vel *si studueris:* vel *si studebis, disces.*

Ejemplos de autores clásicos.

Si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolveret. Cic. Amic. 9.

Ego si somnum capere possem, tam longis te epistolis non obtunderem. Id. Att. 8. 1.

Si studiis quidem scholas prodesse, moribus autem nocere constaret; potior mihi ratio vivendi honestè, quàm optimè discendi videretur. Quintil. 1. 2.

Si valeant homines, ars tua, Phæbe, jacet. Ovid. Trist. 4. 3.

Amici vitia si feras, facis tua. P. Syr. Sent.

Alexandro si vita longior data esset, Oceanum manus Macedonum transvolâsset. Her. 4. 22.

Hectora quis nosset, si felix Troja fuisset? Ovid. Trist. 43.

Citò rumpes arcum, semper si tensum habueris; At si laxaris, cùm voles, erit utilis. Phæd. 3. 14.

Tempora si fuerint nubila, solus eris. Ovid. Trist. 1. 8.

Nulla es igitur excusatio peccati, si amici causa peccaveris. Cic. Amic. 11.

In geometria prima si dederis, danda sunt omnia. Id. Fin. 5. 28.

Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens; reddere peccatum sit, officium non reddere. Id. Offic. 3. 25.

Concede, ut impunè emerit, modò ut bona ra-

tione emerit. Id. Ver. 4. 5.

Quæ placet Peripateticis; et rectè placet, modò ne laudarent iracundiam, et dicerent utiliter à natura datam. Id. Offic. 1. 25.

Sit summa in jure dicendo severitas, dummodo ea ne varietur gratia, sed conservetur æquabilis. Id. Q. Fr. 1. 1.

Jam vero, ista conditione, dum mihi liceat negare posse, quod non potero, et fateri nescire quod nesciam. Id. Or. 1. 22.

Magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te murus intersit. Id. Catil. 1. 5.

Ego si cui adhuc videor segnior fuisse, dum ne tibi videar, non laboro. Id. Att. 8. 11.

Omnino supervacua erat doctrina, si natura, sufficeret. Quintil. 2. 8.

Pons Sublicius iter pæne hostibus dedit, ni unus vir fuisset. Liv. 2. 10.

Admonebat me res, ut hoc quoque loco intermissionem eloquentiæ, ne dicam interitum, deplorarem, ni vererer, ne de me ipso aliquid viderer queri. Cic. Offic. 2. 19.

Itaque pauci veniunt ad senectutem: quod ni ita accideret, meliùs et prudentiùs viveretur. Id. Sen. 19.

Quod si in eam me partem incitarem; profectò jam reperirem resistendi viam. Id. Att. 2. 16.

Quod si unquam sum visus in rempublicam fortis, me certè in illa causa admiratus esses. Id. Fam. 1. 13.

Sin autem libidinum etiam intemperantia accesserit, duplex malum est, quod et ipsa senectus concipit dedecus, et facit adolescentum impudentiorem intemperantiam. Id. Offic. 1. 34.

At memoria minuitur. Credo, nisi eam exerceas, aut si sis natura tardior. Id. Sen. 7.

Magno dolore me affecissent tuæ litteræ, nisi jam et ratio ipsa depulisset omnes molestias, et diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem novum. Id. Fam. 2. 16.

Scripsisset ille, si non jussu hujus expensum tulisset. Id. Rosc. Com. 1.

Nisi Ilias illa extitisset, idem tumulus, qui corpus Achillis contexerat, nomen etiam obruisset. Id. Arch. 10.

Nobilissima Græciæ civitas (Syracusæ), quondam verò etiam doctissima, sui civis unius acutissimi (Archimedis) monumentum ignorasset, nisi ab homine Arpinate (M. T. Cicerone) didicisset. Id. Tusc. 5. 23.

Manent ingenia senibus, modò permaneat studium et industria. Id. Sen. 7.

Somnum nobis, nisi requietem corporibus, et medicinam quamdam laboris afferret, contra naturam putaremus datum: aufert enim sensus, actionemque tollit omnem. Id. Fin. 5. 19.

Vident agros sibi esse, si non vendiderint, relinquendos. Id. Agr. 2. 26.

Nisi filium haberem, libera in libera patria mortua essem? Liv. 2. 21.

Nisi per te sapias, frustra sapientem audias. P. Syr. Sent.

Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus Incìderit. Hor. Pison. 191.

Si vis me flere, dolendum est Primùm ipsi tibi. Id. ib. 103.

Si dicentis erunt fortunis absona dicta, Romani tollent equites, peditesque cachinnum. Id. ib. 112.

Si carmina condes, Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes. Id. ib. 436.

Graves solent offensiones esse ex gravibus morbis, si qua culpa commissa est. Cic. Fam. 16. 12.

Si me audies, vitabis inimicitias, et posteritatis odio consules. Id. ib. 2. 18.

Avaritiam si tollere vultis, mater ejus est tollenda, luxuries. Id. Or. 2. 4.

Si amitti vita beata potest, beata esse non potest. Id. Fin. 2. 27.

Quod enim munus reipublicæ afferre majus meliusve possumus, quàm si docemus atque erudimus juventutem? Id. Div. 2. 2.

Non potest jucundè vivi, nisi cum virtute vivatur. Id. Tusc. 3. 20.

Si stultitiam fugimus, sapientiam sequamur. Id. Top. 11.

Nisi quid me etesiæ morabuntur, celeriter vos videbo. Id. Fam. 2. 15.

Malevolentiæ hominum in me, si poteris, occurres; si non potueris, hoc consolabere, quòd me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt. Id. ib. 11. 11.

Si reus condemnatur, desinent homines dicere, his judiciis pecuniam plurimùm posse: sin absolvitur, desinemus nos de judiciis transferendis recusare. Id. Ver. 1. 2.

Discipuli si modò sunt bene instituti, Præceptorem amant et verentur. Quintil.

Quòd si tam Græcis novitas invisa fuisset, Quàm nobis, quid nunc esset vetus? Hor. Ep. 2. 1.

Si foris hostem non habet (magna civitas), domi invenit. Liv. 30. 44.

Hunc igitur ipsum annulum (Gygæ) si habeat sapiens, nihilò plus sibi licere putet peccare, quàm si non haberet. Id. Offic. 3. 9.

Hæc si et ages, et senties, tum eris non modò consul, et consularis, sin aliter, tum in istis amplissimis nominibus honorum non modò dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas. Id. Fam. 10. 6.

Quòd si homines ab injuria, pœna, non natura arcere deberet, quænam sollicitudo vexaret impios, sublato suppliciorum metu? Id. Leg. 1. 14.

Nota. Las oraciones condicionales se pueden hacer tambien por participio de presente, ó por gerundio ablativo, como las oraciones de *estando* (pág. 96), á las cuales equivalen á veces: v. g. *Studens,* vel *studendo, disces.*

ORACIONES DE DIGNUS, A, UM.

CAPÍTULO ÚNICO.

P. En qué se conocen las oraciones de *dignus, a, um?*

R. En uno de estos romances: *Ser digno, indigno, merecedor, acreedor; merecer, etc.* Traen dos oraciones llamadas *determinante* y *determinada.* La *determinante,* es por lo regular una primera de *sum, es, fui,* cuyo segundo nominativo es el adjetivo *dignus* ó *indignus;* y la determinada es de infinitivo ó de subjuntivo, de activa ó de pasiva.

P. De cuántos modos se puede hacer la *determinada?*

R. Si es de pasiva, se hará por los modos siguientes:

